Lec. 10. T.c. 35. non de parte ſpeciei: vt oſtendit̃ in 7° metaphyſi. Et hoc ſic ꝓbat. Quia deſtructo toto homine non remanet pes neq̨ manus niſi equiuoce: eo modo quo manus lapidis poſſet dici manus. Et hoc ideo: q̨ talis pars corrumpit̃ corrupto toto. Illud aũt qḋ eſt corruptum nõ retinet ſpeciem: a qua ſumit̃ ratio diffinitiua. Unde p3 ꝙ nõ remanet eadem ratio nominis: ⁊ ſic nomen equiuoce predicatur. Et ꝙ pars corrumpat̃ corrupto toto oſtẽdit per hoc ꝙ omnis pars diffinit̃ per ſuam operationẽ: ⁊ per virtutem qua operatur. Sicut diffinitio pedis eſt ꝙ ſit membrum organicũ habẽs virtutẽ ad ambulandũ. Et ideo ex quo iã nõ habet talẽ virtutẽ ⁊ operationẽ: nõ eſt idẽ ẜm ſpẽm: ſed equiuoce dicit̃ pes. Et eadem ratio eſt de alijs huiuſmodi partibus que dicunt̃ partes materie: in quarũ diffinitiõe ponitur totũ: ſicut ⁊ in diffinitione ſemicirculi ponitur circulus. Eſt eni3 ſemicirculus media pars circuli. Secus aũt eſt de partibus ſpeciei que ponũtur in diffinitiõe totius: ſicut linee ponunt̃ in diffinitione triãguli. Sic igitur patet ꝙ totũ eſt prius nãliter q̃ partes materie: quãuis partes ſint priores ordine generationis. Sed ſinguli homines comparant̃ ad totam ciuitatẽ ſicut partes hominis ad hominẽ. Quia ſicut manus aut pes nõ põt eſſe ſine homine: ita nec vnus homo eſt per ſe ſibi ſufficiens ad viuendũ ſeparatus a ciuitate. Si aute3 contingat ꝙ aliquis nõ poſſit cõmunicare ſocietate ciuitatis ꝓpter ſuam prauitatẽ: eſt peior q̃ homo ⁊ quaſi beſtia. Si võ nullo indigeat: ⁊ quaſi habens per ſe ſufficientiam: et propter hoc non ſit pars ciuitatis: eſt melior q̃ homo. Eſt enim quaſi quidam deus. Relinquitur ergo ex premiſſis ꝙ ciuitas eſt prius ẜm naturam q̃ vnus homo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Natura igitur omnibꝰ ad huiuſmodi ſocietatem eſt appetitus. Qui autem primus inſtituit maximorum bonorum cauſa fuit: vt eni3 perfectione ſuſcepta optimum cunctoru3 animalium eſt homo: ita ſi alienus fiat a lege ⁊ a iudicijs: peſſimum eſt omnium animalium. Seuiſſima eſt enim iniuſtitia tenẽs arma. Homo vero arma tenet per innatam prudentiam atq̨ virtutem: quibus plurimu3 valet contrarium vti. Itaq̨ impijſſimum ⁊ immaniſſimum eſt ſine virtute: ⁊ ad libidine3 cibationẽq̨ deterrimum. Iuſtitia vero ciuile quiddam eſt. Nam ius ordinatio eſt ciuilis ſocietatis. Iudicatio autem iuſti iudicium.

¶ Agit de inſtitutiõe ciuitatis cõcludens ex premiſſis: ꝙ in omnibus hominibus eſt quidã naturalis impetus ad cõmunitate3 ciuitatis: ſicut ⁊ ad virtutes S3 tamẽ ſicut virtutes acquirunt̃ per exercitiũ humanum: vt dicit̃ in 2° ethicoꝝ: ita ciuitates ſunt inſtitute humana induſtria.
Lec. p. cap. p. Ille aũt qui primo inſtituit ciuitatem fuit cauſa hominibus maximoꝝ bonoꝝ. Homo enim eſt optimu3 animalium ſi perficit̃ in eo virtus: ad quã habet inclinationem naturalẽ. Sed ſi ſit ſine lege ⁊ iuſtitia homo: eſt peſſimũ oĩum animaliũ: qḋ ſic ꝓbat. Quia iniuſtitia tanto eſt ſeuerior quãto plura habet arma. ſ. adiumenta ad male faciendũ: homini aũt ẜm ſuã natura3 conuenit prudẽtia et ṽtus que de ſe ſunt ordinata ad bonu3: ſed quãdo homo eſt malus vtitur eis quaſi quibuſdã armis ad male faciẽdu3: ſicut per aſtutiã cogitat diuerſas fraudes: ⁊ per abſtinentiam potens fit ad tolerandũ famem ⁊ ſitim: vt magis in malitia perſeueret: ⁊ ſimiliter de alijs: ⁊ inde eſt ꝙ hõ ſine virtute quãtu3 ad corruptionẽ iraſcibilis eſt maxime ſceleſtus ⁊ ſilueſtris: vtpote crudelis ⁊ ſine affectione. Et quãtu3 ad corruptionẽ cõcupiſcibilis eſt peſſimus quantũ ad venerea: ⁊ quantũ ad voracitatẽ ciboꝝ. Sed homo reducitur ad iuſtitiam per ordinem ciuilem: quod patet ex hoc: ꝙ eodem nomine apud grecos nominatur ordo ciuilis cõmunitatis ⁊ iudicium iuſtitie: ſc3 ſibi. Unde manifeſtu3 eſt: ꝙ ille qui ciuitatem inſtituit abſtulit hominibꝰ ꝙ eſſent peſſimi: ⁊ reduxit eos ad hoc ꝙ eſſent optimi ẜm iuſtitiam ⁊ virtutes.

Quoniam declaratum eſt quibus ex partibus ſit conſtituta ciuitas: neceſſarium videtur primum de re domeſtica dicere. Omnis enim ciuitas ex domibꝰ ꝯſtat. Rei domeſtice rurſus ptes ſunt ex qbꝰ domus eſt ꝯſtituta. ¶ Lec. II.

¶ Poſito ꝓhemio in quo oſtẽdit cõditionem ciuitatis ⁊ partium eius: hic accedit ad trahendam ſcientiam politicam. Et primo ẜm preaſſignatu3 modu3 determinat ea que pertinent ad primas partes ciuitatis. Secũdo determinat ea que pertinent ad ipſam ciuitate3 in ſecundo libro: qui incipit ibi. (Quoniam ꝓpoſuimus conſiderationem facere ⁊c.) Circa primu3 duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur ꝓpoſitum ibi. (De his vtiq̨ ⁊c.) Circa primu3 duo facit. Primo dicit de qbꝰ intendit determinare. Secundo quo ordine ibi. (At primum de ſeruo ⁊ domino ⁊c.) Circa primũ duo facit. Primo dicit ꝙ eſt determinandum de his que pertinent ad domum. Secundo enumerat ea: que pertinẽt ad domũ. ibi. (Domus autem perficitur ⁊c.) Dicit ergo primo qḋ manifeſtu3 eſt per premiſſa ex quibus partibus ciuitas conſtat: ⁊ oportet ad cognoſcendum totum precognoſcere partes vt ſupra habitum eſt. Neceſſe eſt vt primu3 dicamus de iconomia que eſt diſpẽſatiua vel gubernatiua domus. Quia omnis ciuitas componit̃ ex domibꝰ ſicut ex partibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Domus aute3 perficitur ex ſeruis ⁊ liberis. Cum vero prima queque ſint in minutiſſimis perquirẽda. Prime vero ac minutiſſime partes domus exiſtant dominus ⁊ ſeruus: maritus ⁊ vxor: pater ⁊ filij. De his vtiq̨ tribꝰ conſiderandum fuerit quid vnumquodq̨ ⁊ quale eſſe oportet: hoc eſt de domeſtica: de coniugali: de paterna diſciplina.

¶ Enumerat ea que pertinent ad domũ. Et primo ea que pertinent ad ipſa3 ſicut partes. Secũdo ea que pertinẽt ſicut neceſſaria partibꝰ. ibi (Eſt inſuper quedã pars ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ partes domus ſunt ex quibꝰ domus conſtituitur. Omnis autem domus: id eſt domeſtica familia ſi ſit perfecta: conſtat ex ſeruis ⁊ liberis. Dicit autẽ perfecta. Quia in domo pauperis eſt bos ꝓ miniſtro vt ſupra dictum eſt. Et quia vnumquodq̨: quod in multis conſiderari poteſt primo querendum eſt in paucioribus ⁊ ſimplicibus: vt facilior ſit doctrina. Ideo dicendum eſt ꝙ prime ⁊ minime partes domus ſunt he tres combinationes. ſ. domini ⁊ ſerui: mariti ⁊ vxoris: patris ⁊ filij: que quidem tertia ex ſecunda oritur: ⁊ ideo ſupra ea3 pretermiſit. Et ideo de iſtis tribus conſiderandũ eſt quid vnũquodq̨ ſit. Et conſequenter ponit nomina harum combinationum et dicit. Quod combinatio domini et ſerui

vocatur

vocatur dominatiua. Combinatio aūt viri ⁊ femine non erat nominata ſuo tempore: ſed ipſe nominat eam cōiugalem quā nos matrimoniuʒ vocamus. Similiter ⁊ tertia combinatio patris ⁊ filij nō habebat ꝓprium nomē: ſed ipſe vocat eam paternam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt inſuper quedam pars que videtur quibuſdam eſſe diſciplina rei familiaris. Quibuſdam vero maxima eius pars. Loquor autem de illa parte que verſatur circa acquirendum que ⁊ ipſa quemadmoduʒ ſe habeat conſiderandum erit.

¶ Ponit ea que pertinēt ad neceſſaria domus: ⁊ dicit. Q est quedam alia pars iconomie que vocatur pecunialis: que quibuſdam videtur eſſe tota iconomia: quibuſdam vero maxima pars eſt: eo ꝙ diſpenſatio domus maxime conſiſtit in acquiſitione et conſeruatione pecunie. Et de hac etiam parte conſiderandum eſt quomodo ſe habeat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ad primuʒ de ſeruo ⁊ domino dicamus vt que neceſſaria ſunt inueniamur: ⁊ ſiquid de his melius comprehendere poſſimus ꝙ̄ ea que nunc exiſtimantur.

¶ Dicit quo ordine de his ſit agendū: ⁊ dicit ꝙ primo dicendum eſt de domino ⁊ ſeruo: ⁊ hec cōſideratio ad duo erit vtilis. Primo quidē vt poſſimus cognoſcere ea que ſunt opportuna in talibus .ſ. ad exercendum dominium in ſeruos. Secundo valet ad ſcientiam vt per hoc poſſimus accipere aliquid melius his: que antiqui ſunt opinati de dñio ⁊ ſeruitute. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quibuſdam porro videtur ſcientia quedaʒ eſſe dominatio: eademqʒ eē diſciplina domeſtica ⁊ dñatio gubernatioqʒ ciuilis ⁊ regia: vt in principio diximus. Alijs autem preter naturam videtur eſſe dominatio: quoniam natura nihil differant: ſed lege dumtaxat inductuʒ ſit vt alij liberi ſint: alij ſerui. Quapropter iniuſtum: violentum enim.

¶ Determinat ea que propoſuit: ⁊ diuidit in partes duas. In prima determinat de combinatiōe domini ⁊ ſui. In ſecūda de alijs duabus combinatiōibus. ibi. (Quoniaʒ aūt tres partes iconomie ⁊c̄.) Prima diuidit in duas. In prima determinat de combinatiōe domini ⁊ ſerui. Et q2 ſeruus eſt quedā poſſeſſio: ideo in ſecūda parte determinat de alia parte iconomie: que eſt pecuniatiua vl' poſſeſſiua. ibi (Totaliter aūt de vniuerſa poſſeſſione ⁊c̄.) Circa primū duo facit. Primo narrat opiniones quorūdaʒ de dominio ⁊ ſeruitute. Secūdo determinat veritatē de eis. ibi. (Cum igit̄ poſſeſſio ⁊c̄.) Circa primū ponit duas opiniones: quarū vna eſt: ꝙ deſpotica id eſt dominatiua eſt quedā ſciētia qua aliquis ſcit dominari ſeruis: ⁊ ꝙ ē idem cū iconomia qua aliquis ſcit gubernare domum: ⁊ cum politica ⁊ regnatiua qua aliquis ſcit gubernare ciuitatem: ſicut i.a ꝓhemio dcm̄ eſt. Alia opinio eſt ꝙ habere ſeruuʒ ſit preter nām ⁊ ꝙ ſola lege ſit ordinatū. Quia quidā ſunt ſerui: ⁊ quidā liberi: ⁊ ꝙ differētia ſit īter eos ſm̄ nām. Unde vlterius inducūt qđ eſt iniuſtum eſſe aliquos ſeruos. Ex quadā eniʒ violentia prouenit ꝙ quidā alios ſibi ſubijceret in ſeruos. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Cū igitur poſſeſſio ſit pars domus: certe ⁊ illa per quaʒ acquirimus pars erit domeſtice diſcipline. Nā ſine neceſſarijs impoſſibile eſt ⁊ viuere ⁊ bene viuere. Ut vero in artibꝰ neceſſarium eſt ſubeſſe propria inſtrumenta: ſi opus modo confici debeat: ſic etiaʒ in re familiari. Inſtrumentorum vero quedaʒ inanimata ſunt: quedam animata: veluti gubernatori nauis quidem gubernaculum inanime eſt: qui vero proraʒ regit animatus: nam miniſter in artibus locum inſtrumenti obtinet: ſic ⁊ acquiſitio inſtrumentuʒ eſt ad vitam: res auteʒ poſſeſſe multitudo inſtrumentoruʒ: ⁊ ſeruus poſſeſſus quid animatum: ⁊ tanꝙ̄ inſtrumentum: ante inſtrumentum omnis miniſter. Si poſſent enim inſtrumenta ad iuſſuʒ vel ad nutum domini opus ſuum conficere: quēadmodum Dedali aut Vulcani tripodes: quos inquit Poeta ſponte ſua diuinum prodijſſe in certamē: ſic ⁊ pectines texerent: ⁊ plectra pulſarēt: nec architecti ſane miniſtris: neqʒ domini indigerent ſeruis. Que igitur inſtrumenta dicuntur factiua ſunt: quod vero acquirendū poſſidemus actiuuʒ eſt. A pectine quidē eniʒ aliquid ſit preter illius vſuʒ: a veſte vero atqʒ lectica vſus ſolum. Preterea cum ſpecie differant facere ⁊ agere: ⁊ indigeat vtrumqʒ inſtrumentis: neceſſariuʒ eſt ⁊ illa eadem habere differentiam. Uita certe actio eſt: ⁊ non factio. Quapropter ſeruus miniſter eſt ad actionem: id auteʒ quod poſſidetur dicitur quemadmodum ⁊ pars. Pars enim non ſolum alterius eſt pars: ſed etiā omnino alterius. Quapropter dominus ſerui ē dominus ſoluʒ: ſed illius non eſt. Seruus autem non ſolum domini ſeruus: ſed omnino illius.

¶ Determinat veritatem de dominio ⁊ ſeruitute: ⁊ pˀmo determinat rationē ſeruitutis. Secundo inquirit de opinionibus premiſſis. ibi. (Utrum vero ſit aliquis naturalis ⁊c̄.) Circa primū duo facit. Primo premittit quedaʒ neceſſaria ad cognoſcendum rationē ſeruitutis. Secundo concludit ex premiſſis diffinitionem ſerui. ibi. (Que igitur ſit natura ⁊c̄.) Circa primuʒ quattuor ponit: quoꝝ primum eſt ꝙ poſſeſſio ſit quedam pars domus: ⁊ ꝙ ars poſſeſſiua ſit quedam pars iconomie. Et hoc ideo: quia impoſſibile eſt viuere in domo ſine neceſſarijs ad vitaʒ: que per poſſeſſiones habentur: ⁊ hoc probat per ſimilitudinem in artibus: videmus enim ꝙ vnicuiqʒ arti neceſſarium eſt hēre conuenientia inſtrumenta ſi debeat perficere opus ſuum: ſicut fabro neceſſe eſt habere martellum ſi debeat facere cultellum. Et hoc modo gubernatori domus neceſſe eſt habere res poſſeſſas ad propriuʒ opus ſicut inſtrumenta. ¶ Secūdo ibi. (Inſtrumentoꝝ vero ⁊c̄.) ponit vnam diuiſionem inſtrumentorum dicens: ꝙ inſtrumentorum quedam ſunt animata et quedam inanimata. Sicut gubernatori nauis inanimatum inſtrumentum eſt gubernaculum: inſtrumentum auteʒ eius animatum eſt prorarius .i. ille qui cuſtodit anterio-

rem pȝ nautis: que vocatur prora: ⁊ obedit gubernatori. Miniſter.n.in artibus hȝ rōnem inſtrumenti: qꝛ ſicut inſtrumentū moueť ab artifice: ita etiā moueť ad īperiuȝ ſapientis. Et ſicut eſt in operibus artis duplex inſtrumētum: ita etiā in domo eſt inſtrumētū inanimatū ipſa res poſſeſſa: puta: lectus: vel veſtis: que eſt inſtrumētū qđdā deſeruiens vite humane. Et multitudo taliū inſtrumentoꝝ eſt tota poſſeſſio domus. Cum aūt ſeruus ſit quedaȝ res poſſeſſa animata: ſequiť ꝙ ſit organū animatū deſeruiens vite domeſtice. Eſt aūt hmōi organū animatū: qđ eſt miniſter in artibus vt ſeruus in domo inſtrumentuȝ ſuper alia inſtrumenta: qꝛ.ſ.ipſe vtiť aliqs inſtrumentis ⁊ mouet ea: ⁊ ad hoc indigemus miniſtris ⁊ ſeruis. Principales.n. artifices qui architectores dnr nō indigerent miniſtris: neqꝫ domini domoꝝ indigerent ſeruis: ſi vnūquodqꝫ inſtrumentū inanimatū poſſet imperiuȝ domini agnoſcens ipm̄ perficere opus ſuuȝ: puta: ꝙ pectines per ſe pectinarent: ⁊ plectra per ſe cytharizarent: ſicut dicitur de ſtatua quā fecit Dedalus: ꝙ per ingeniū argenti viui mouebat ſeipſam. Et ſimiliter qdā poeta dicit: ꝙ in quodam templo Vulcani qui dicebať deus ignis: tripodes quidā erant ſic ꝑparati: ꝙ per artificiū humanuȝ: vel per artem negromantiā per ſeipſos quaſi ſpontanei videbātur ſubinduere diuinū agonē: quaſi ꝯcertando ad ſeruienduȝ in miniſterio templi. ¶ Tertio ibi. (Que igiť inſtrumenta dnr ⁊c.) ponit ſecūdā diuiſionem organoꝝ. organa.n.artium dnr organa factiua: ſed res poſſeſſa: que eſt organū domus eſt organum actiuum. Et hanc diuiſionē duplici rōne probat. Primo quideȝ: qꝛ organa factiua dicuntur: ex quibus fit aliqd preter ipſuȝ vſum inſtrumenti. Et hoc videmus in ipſis inſtrumentis artis: ſicut ex pectine: quo vtunť textores: fit aliqd alterū ꝑter vſum ipſi⁹ .ſ.pānus. Sed ex rebus poſſeſſis: que ſunt inſtrumēta domus: nō fit aliquid aliud preter vſum ipſius: ſicut ex veſtitu ⁊ lecto nō fit niſi vſus eoꝝ. Ergo iſta organa nō ſunt factiua ſicut organa artium. Secundā rōnem ponit ibi. (¶ P. Cum ſpecie differant ⁊c.) que talis eſt. Diuerſorum diuerſa ſunt inſtrumēta. Sed actio ⁊ factio differūt ſpecie. nā factio eſt opatio: per quā aliquid fit in exteriori mā: ſicut ſecare ⁊ vrere. Actio aūt eſt opatio permanēs

T.c.16. in operante: ⁊ pertinet ad vitam ipſius: vt diciť 9° metaphiſice. Ambe aūt he operationes indigent inſtrumētis. Ergo inſtrumenta eoꝝ differunt ſpecie. Sed vita.i. conuerſatio domeſtica nō eſt factio: ſed actio. Ergo ſeru⁹ eſt miniſter ⁊ organū eoꝝ: que pertinent ad actionē: nō autē eoꝝ que pertinent ad factioneȝ. ¶ Quarto ibi. (Id autē qđ poſſideť ⁊c.) oſtendit qualiter ſeruus ſe hēt ad dnm: ⁊ dicit: ꝙ eadē eſt cōparatio rei poſſeſſe ad poſſeſſorem ⁊ partis ad totū: quātum ad hoc ꝙ pars nō diciť ſolū pars totius: ſed etiā diciť ſimpliciter eſſe totius: ſicut dicimus manū hoīs. Et nō ſolū dicimus ꝙ ſi pars hominis ⁊ ſimpliciter res poſſeſſa: puta veſtis: nō ſolū diciť ꝙ ſit poſſeſſio hominis: ſed ꝙ ſimpliciter eſt hmōi hoīs. Unde cum ſeruus ſit qđā poſſeſſio: ſeruus nō ſolū eſt ſeruus domini ſed eſt ſimpliciter illius. Ille aūt qui eſt dn̄s non eſt ſimpliciter ſerui: ſed ſolū eſt dn̄s eius. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Que igitur ſit natura ſerui: ⁊ que poteſtas ex his patet. Qui enim ſuꝑpſius nō eſt ſm̄ naturaȝ: ſed alterius homo: hic natura eſt ſeru⁹ Alterius aūt eſt qui poſſideť hō exiſtēs īſtrumentū ad agrendū actiuū ⁊ ſeparabile.

¶ Concludit ex premiſſis diffinitionē ſerui ⁊ dicit: ꝙ manifeſtum eſt ex predictis que ſit natura ſerui: ⁊ poteſtas eius: qđ eſt officiū ipſius. Nā virtus ad actionem referť: officiuȝ aūt eſt ꝯgruus actus alicuius. Cum.n. ſeruus ſit hoc ipſum qđ eſt alterius: vt dctū eſt: quicunqꝫ homo nō eſt naturaliter ſuipſius: ſed alterius: ipſe eſt nāliter ſeru⁹. Ille aūt homo nō eſt naturaliter ſuipſius: ſed alterius q nō pōt regi niſi ab alio. Hoc aūt ꝯuertiť.ſ. ꝙ quicūqꝫ eſt res poſſeſſa: vel ſeruus alterius: eſt homo alterius. De rōne aūt rei poſſeſſe eſt: ꝙ ſit organū actiuum ⁊ ſeparatuȝ. Unde pōt talis diffinitio ſerui ꝯcludi. Seruus eſt organum animatū actiuū ſeparatuȝ alterius homo exiſtens. In qua quidem diffinitione organū poniť tanqꝫ genus: ⁊ adduntť quinqꝫ differēntie. Per hoc.n. ꝙ diciť. Animatum: diſtinguiť ab inſtrumētis inanimatis. Per hoc aūt ꝙ diciť. Actiuū: diſtinguiť a miniſtro artificis: qui eſt organuȝ animatū factiuū. Per hoc autē ꝙ diciť. Alterius exiſtens: diſtinguiť a libero qui qñqꝫ miniſtrať in domo nō ſicut res poſſeſſa: ſed ſponte vel mercede conductus. Per hoc aūt ꝙ diciť. Separatuȝ: diſtinguiť a parte q̄ eſt alteri⁹ non ſepata: ſicut manus. Per hoc ꝙ dť. Hō exñs: diſtinguiť a brutis aīalibus: q̄ ſunt res poſſeſſe ſeparate.

VTrum vero ſit aliquis natura talis vel non: ⁊ vtrum melius ac iuſtius ſit alicui ſeruire vel non: ſed omnis ſeruitus ſit preter naturam: conſiderandum poſtea erit. Lec. III.

¶ Poſtqꝫ phūs oſtendit rōnē ⁊ virtuteȝ ſerui: hic ꝑcedit ad inueſtigandū de opinionibus ſupra poſitis: ⁊ pmo inquit. Utrum ſeruitus ſit naturalis. Secundo vtrū dominatiua ſit idē qđ politica. ibi. (Patet aūt ex his ⁊c.) Circa primū tria facit. Primo mouet dubitationē. Secūdo determinat eā approbando vnam parteȝ. ibi. (Nec ſane difficile ⁊c.) Tertio oſtēdit q̄uo etiā alia pars dubitationis hȝ aliqualiter veritatē. ibi. (Quod aūt contradicentes ⁊c.) Dicit ergo primo: ꝙ poſt predicta cōſiderandū eſt: vtrum aliquis ſit naturaliter ſeruus vel nō. Et iterū: vtrum alicui magis ſit dignū ⁊ iuſtū ꝙ ſeruiat qꝫ ꝙ non ſeruiat an nō: ſed oīs ſeruitus ꝑter nām ſit: qđ qdē remittit ad duas ꝑmiſſas qōnes. Si.n.oīs ſeruitus eſt ꝑter naturam: tūc nullus eſt nāliter ſeruus. Et iterū. Nō erit iuſtuȝ neqꝫ dignū ꝙ aliqs ſeruiat: qđ.n. eſt ꝑter nām nō eſt dignum neqꝫ iuſtum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nec ſane difficile eſt ratione proſpicere: ⁊ ex his que fiunt cognoſcere. Imperare enim et parere non ſolum neceſſariorum eſt: verum etiam vtilium: ac ſtatim ex generatione quedā diſtincta ſunt: alia quidem ad imperandum: alia vero ad parenduȝ. Et ſemper melius imperium meliorum parentiuȝ eſt: ceu hominis qꝫ beſtie: nā quod a melioribus perficitur: melius eſt opus: vbi ꝟo aliud imperat: aliud paret: eſt aliquod horum opus.

¶ Determinat ꝑpoſitā qōnē: oſtendens duo.ſ. ꝙ aliqs hō naturaliter eſt ſeruus: ⁊ ꝙ alicui dignum ⁊ expediens eſt ſeruire. Et circa hoc duo facit. Primo.n. ꝑponit moduȝ quo hec oſtendenda ſunt. d. ꝙ nō eſt difficile: ꝙ aliqs cōtempleť ꝑdictarū qōnum veritatem ⁊ rōnem: ⁊ ꝙ etiaȝ veritatem addiſcat ex his: q̄ in rebus accidunt. Secūdo ibi. (Imperare enim ⁊c.) Secundum duos ꝑmiſſos modos oſtendit ꝑpoſitū: ⁊ primo ex his que fiunt. Secūdo ex rōne.

ex rõne.ibi(Nam quecũqȝ ꝛc.)Circa primuȝ quattuoꝛ ꝓponit: quoꝝ primum eſt ꝙ principari ꝛ ſubyci nõ ſolũ eſt de numero eoꝝ:que ex neceſſitate vel violentia pueniũt:ſed etiaȝ eſt de numero eoꝝ:que expediunt ad ſalutem hominum:ꝛ hoc pertinet ad ſecundã cõnem. Quod enim expediens eſt alicui videt̃ eſſe dignum ꝛ iuſtuȝ ei. Scdȝ eſt qd in hominib⁹ ex ipſa natiuitate videmus:ꝙ eſt quedam diſtinctio: ita ꝙ quidam ſunt apti ad hoc vt ſubyciantur:quidã vͦo ad hoc ꝙ principentur. Et hoc pertinet ad primam cõnem: qd enim ex natiuitate cõfeſtiȝ ineſt alicui manifeſtum eſt eſſe naturale. Tertium eſt:ꝙ ſunt multe ſpecies eoꝝ qui ſubyciuntur ꝛ eoꝝ qui principant̃. Aliter enim principatur vir femine:aliter dñs ſeruo:aliter rex regno. Et hoc etiã pertinet ad eandẽ cõnẽ. Nam ea que naturaliter inſunt rebus ſm eoꝝ diuerſitatem diuerſificant̃. Et quartũ eſt ꝙ ſemꝑ eſt melioꝛ principatus qui eſt meliorum ſubiectoꝛuȝ:ſicut melioꝛ eſt ꝑncipatus quo quis ꝑncipat̃ homini ꝙ̃ quo quis ꝑncipatur beſtie. Et hoc ꝓbat tali rõne Omnis principatus ꝛ ſubiectio ad aliqd opus oꝛdinat̃:obedit.n.qui ſubycit̃ ꝑncipãti in aliquo oꝑe. Sed opus qd fit a melioꝛibus eſt meli⁹. Ergo ꝛ ꝑncipatus melioꝛ. Et hoc etiã quartũ pertinet ad primam cõnem. nam que naturaliter inſunt tanto ſunt melioꝛa quanto ſunt melioꝝ. Deinde cum dicit.

Nam quecũqȝ ex plurib⁹ conſtãt: ꝛ vnũ qd cõmune fit: ſiue ex ꝯtinuis: ſiue ex diſcretis: in oĩb⁹ apparet qd imperat ꝛ qd paret.

Oſtẽdit ꝓpoſitum ex rõne. Et primo ponit rationeȝ ad oſtendendũ ꝙ aliqui ſunt naturaliter ſerui:quibus expedit ſeruire. Scdo oſtẽdit qui ſint tales.ibi(Quicũqȝ igitur ꝛc.)Circa ꝑmũ ponit taleȝ rõnem. Quecũqȝ ſunt ex plurib⁹ ꝯſtituta in his eſt aliqd ꝑncipans ꝛ aliquid ſubm naturalr̃:ꝛ hoc expedit. Sed hominum multitudo eſt ex pluribus ꝯſtituta. Ergo naturale eſt ꝛ expediens ꝙ vnus principet̃ ꝛ alius ſubyciat̃. Huius aũt ratiõis minoꝛ manifeſta eſt ex premiſſis: in quibus oſtẽſuȝ eſt:ꝙ homo eſt naturaliter animal politicũ: ꝛ ita naturale eſt ꝙ ex multis hominibus conſtituat̃ vna multitudo. Unde ea pretermiſſa ꝓbat maioꝛem:ꝛ ſic in hac ratiõe tria facit. Primo ponit maioꝛem. Scdo ꝓbat eam.ibi.(Et hoc ex tota natura ꝛc.)Tertio infert concluſionem.ibi.(Eodẽ modo ꝛc.)Dicit ergo ꝑmo ꝙ quecunqȝ ſunt ꝯſtituta ex pluribus:ita ꝙ ex eis fiat vnum cõmune:ſiue illa plura ſint cõiuncta ſicut membra coꝛpoꝛis coniungantur ad conſtitutionem totius: ſiue ſint diuiſa: ſicut ex multis militib⁹ conſtituitur vnus exercitus:in omnibus his inuenit̃ eſſe principans ꝛ ſubiectuȝ:ꝛ hoc eſt naturale ꝛ expediens:vt per ſingula patebit exempla. Deinde cum dicit.

Et hoc ex tota natura ineſt animatis. nam ꝛ in his: que expertia ſunt vite: eſt quoddam imperium inſtar harmonie. Sed hec foꝛſan aliena ſunt ab iſta conſideratione.

Probat ꝓpoſitum quadrupliciter. Primo quidem in rebus inanimatis. Secũdo in partib⁹ hominis.ibi.(Animal vͦo ꝯſtat ꝛc.)Tertio in genere aĩalium.ibi(Rurſuȝ in homine ꝛc.)Quarto in differentia ſexuũ.ibi(Eſt aũt maſculus ꝛc.)Dicit ğ ꝑmo ꝙ veritas premiſſe ꝓpõnis inuenit̃ in rebus inanimatis: nõ qꝛ ſit eis ꝓpriuȝ:ſed ex eo ꝙ eſt cõe toti nature: qꝛ ẽt in his que nõ participãt vita eſt aliquis ꝑncipatus:puta harmõie: qd põt intelligi dupl̃r. Uno modo de harmonia ſonoꝝ: quia ſemper in vocib⁹ que conſonant aliqua vox predominatur:ſm quam tota harmonia diiũdicat̃. Poteſt etiã intelligi de harmonia elementoꝝ in coꝛpoꝛe mixto:in quo ſemper vnũ elementorum eſt predominans:ſed huiuſmodi pertrãſit:qꝛ ſunt extriſeca ab hac ꝯſideratiõe. Deinde cum dicit.

Animal vͦo conſtat primuȝ ex anima ꝛ coꝛpoꝛe: quoꝝ alteruȝ imperat ſm naturam: alterum paret. Opoꝛtet aũt conſiderare naturaȝ nõ in coꝛruptis: ſed in is que magis ſe habent ſm naturam: quo circa is qui ꝛ animo ꝛ coꝛpoꝛe optime diſpoſitus ſit inſpiciendus eſt: in quo certe id manifeſtũ. nam ꝑauoꝝ quidem aut praue diſpoſitoꝝ ſepe inueniret̃ coꝛp⁹ imperare animo: ex eo qꝛ peruerſe ac ꝑter naturam ſe habent. Eſt igit̃: vt dicimus: primuȝ in animali ꝓſpicere imperiũ dñicuȝ ꝛ ciuile. nam animus qdem in coꝛp⁹ dñicuȝ habet imperiũ: mens vͦo in appetitũ ciuile ꝛ regiuȝ: in qb⁹ clarũ eſt ſm nãm ꝛ vtilitateȝ imperari ab aĩo coꝛpoꝛi: ꝛ ab ea parte: que habet rationẽ ei parti: que ſubiacet perturbationi. Equalitatem vͦo ac viciſſitudinem omnibus nocere.

Oſtendit ꝓpoſitum in partibus hominis: ꝛ dicit ꝙ prima cõpoſitio animalis eſt ex anima ꝛ coꝛpoꝛe:que qdem cõpoſitio dr̃ ꝑma nõ ſm oꝛdinẽ gñõnis: ſȝ ſm ꝑncipalitateȝ:qꝛ eſt ex ꝑtibus ꝑncipaliſſimis. Haꝝ aũt partiũ vna eſt nãliter ꝑncipans.ſ.anima: alia vͦo ſubiecta.ſ. coꝛpus. Poſſet aũt aliquis dicere ꝙ hoc nõ eſt naturale:cũ nõ inueniat̃ in oĩbus. Et ideo ad hoc excludendũ ſubdit ꝙ ad iudicandũ quid ſit nãle opȝ ꝯſiderare ea que ſe habẽt ſm nãm:nõ aũt ea que ſunt coꝛrupta:qꝛ hõ deficiũt a natura: ꝛ iõ ad iudicandũ que pars in hoĩe nãliter ꝑncipet̃ opȝ ꝯſiderare aliquẽ hoĩem qui ſit bene diſpoſitus ꝛ ſm aĩam ꝛ ſm coꝛpus:in quo eſt manifeſtuȝ:ꝙ anima coꝛpori dñat̃:ſed in hoĩbus peſtilentib⁹ ꝛ qui male ſe hñt multotiẽs coꝛp⁹ ꝑncipat̃ aĩe:qꝛ ꝑferunt cõmodũ coꝛpoꝛis cõmodo aĩe. Et hoc iõ:qꝛ ſunt male diſpoſiti ꝛ preter nãm. Oſtẽdit aũt ꝯſr̃ ꝙ ꝑncipatus q eſt in partib⁹ aĩalis hȝ ꝙ̃dam ſimilitudinẽ exterioꝛis ꝑncipatus. Poſſumus.n. in aĩali qd eſt hõ ꝯſiderare duplicẽ ꝑncipatũ ad ꝑtes ei⁹.ſ.deſpoticũ:quo dñs ꝑncipat̃ ſeruis:ꝛ politicũ:quo rectoꝛ ciuitatis ꝑncipatur liberis. Inuenit̃ eniȝ inter partes hominis ꝙ anima dñatur coꝛpoꝛi: ſed hoc eſt deſpotico ꝑncipatu:in quo ſeruus in nullo poteſt reſiſtere domino: eo ꝙ ſeruus id quod eſt ſimpliciter eſt domini: vt ſupra dictuȝ eſt. Et hoc videmus in membris coꝛpoꝛis.ſ. manib⁹ ꝛ pedibus:q̃ ſtatim ſine ꝯtradictiõe ad imperiũ anime applicant̃ ad opus. Inuenimus ẽt ꝙ itellectus ſeu ratio dñatur appetitui:ſed ꝑncipatu politico ꝛ regali qui eſt ad liberos. Unde poſſunt in aliquibus ꝯtradicere. Et ſil̃r appetitus aliquãdo nõ ſequit̃ rõnem. Et hõ diuerſitatis ratio eſt:qꝛ coꝛpus non põt moueri niſi ab anima:ꝛ iõ totaliter ſubycit̃ ei:ſed appetitus põt moueri non ſoluȝ a ratione ſed etiã a ſenſu: ꝛ ideo nõ totaliter ſubycit̃ rationi. In vtroqȝ aũt regimine manifeſtum eſt ꝙ ſubiectio eſt ſm nãm ꝛ expediens: eſt enim naturale ꝛ expediens coꝛpoꝛi ꝙ regat̃ ab aĩa:ꝛ ſil̃r eſt naturale ꝛ expediens parti paſſibili.i. appetitui qui ſubycit̃ paſſionibus vt regat̃ ab intellectu vel rõne:ꝛ vtrobiqȝ eſſet nociuum ſi id qd debet ſubyci ſe haberet ex equo: vel econtrario ei quod debet principari. Coꝛpus enim coꝛrumperetur niſi ſubyceretur anime:ꝛ appetitus eſſet inoꝛdinatus niſi ſubyceret̃ rationi. Deinde cum dicit.

¶ Rurſus in homine ⁊ alijs animalibus eodē modo. Manſueta quidem meliora ſunt q̄ fera: his autem melius eſt vt homini pareant. nam ſalutem ita recipiunt.

¶ Probat idē in genere animaliū. d. ꝙ ſiłr ſe habet in homine ⁊ alijs aīalibus ꝙ naturale ⁊ expediens eſt vt homo alijs dn̄etur. Uidemus enim ꝙ animalia manſueta quib⁹ homo dn̄atur digniora ſunt ſm nām ſilueſtrib⁹ inquātum participant aliqualiter regimine rationis. Sed ⁊ oībus aīalibus expedit: ꝙ ab homine regant̄: q2 ſic in multis caſib⁹ adipiſcunt̄ ſalutē corporalē quā per ſe conſequi nō poſſent: ſicut p3 cum eis copioſa pabula ⁊ remedia ſanitatis ab hoīb⁹ exhibent̄. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Eſt autem maſculus ⁊ femina alterum melius ſm naturam: alterum deterius: ⁊ hoc imperans: illud parens.

¶ Probat idem in differētia ſexuū: ⁊ dicit ꝙ eodem mō etiam ſe h3 maſculinum ad femininū: ꝙ naturaliter maſculinū eſt melius: ⁊ femininū deterius: ⁊ maſculus principans: femina aūt ſubiecta. Eſt aūt attendendum ꝙ prima duo exēpla ſunt de toto itegrali: alia duo de toto vniuerſali qđ eſt genus vel ſpēs. Et ſic p3 ꝙ predicta ꝓpoſitio in vtriſq3 locum habet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eodē mō neceſſe eſt in cunctis hominibus.

¶ Cōcludit ꝓpoſitū. ſ. ꝙ eodem mō ſe habet in hominibus ſicut in premiſſis. ſ. naturale ⁊ expediēs eſt ꝙ quida3 principent̄ ⁊ quidam ſubijciant̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quicūq3 igit̄ diſtant tantu3 q̄tum animus a corpore: ⁊ homo a beſtia: per hunc modu3 ſe habēt quorūcūq3 eſt opus in corporis vſu: ⁊ hoc eſt in eis potiſſimum: hi ſunt natura ſerui: quibus melius eſt vt imperetur quēadmodum in premiſſis: eſt enim natura ſeruus qui pōt alterius eſſe: quapropter ⁊ alterius eſt.

¶ Oſtendit qui ſunt qui naturaliter principantur ⁊ ſubijciuntur. Et primo quales ſunt ſm animā. Secundo quales ſm corpus. ibi. (Uult ergo ⁊c̄.) Circa primu3 duo facit. Primo oſtendit quales ſunt ſm animam qui naturaliter principantur vel ſubijciuntur. Secundo ponit comparationem inter homines: qui naturaliter ſunt ſerui: et bruta animalia: que etiam naturaliter ſeruiunt. ibi. (Et qui tantum ⁊c̄.) Dicit ergo primo: ꝙ cum anima naturaliter dominetur corpori ⁊ homo beſtijs: quicūq3 tantum diſtant ab alijs: ſicut anima a corpore ⁊ homo a beſtia ꝓpter eminentiam rationis in quibuſdam defectū in alijs iſti ſunt naturaliter domini aliorum: ſecundum quod
ꝓuerb. 2° cap. etiam Salomon dicit: ꝙ qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti. Diſponunt autem hoc modo: ſcilicet ꝙ ad eos ſe habeāt aliqui: ſicut homo ad beſtias: vł anima ad corp⁹: illi quorum opus principale eſt vſus corporis: et ꝙ hoc eſt optimu3 quod ab eis haberi poteſt. Sunt eni3 validi ad exequenda opera corporalia: impotentes autem ad opera rōīs: ⁊ iſti ſunt naturaliter ſerui: quibus melius eſt ꝙ regantur a ſapientibus: ſicut conueniens eſt ꝙ credatur rationibus ſupradictis: quia in hoc ſortiuntur regnum rationis. Et ꝙ iſti ſint naturaliter ſerui p3 ꝑ hoc: quia ille eſt naturaliter ſeruus qui habet aptitudinem naturale3 vt ſit alterius: inquantu3 ſcilicet non poteſt regi propria ratione: per quam homo eſt dominus ſui: ſed ſolum ratione alterius: propter quod naturaliter alterius eſt quaſi ſeruus. ¶ ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et qui tantum particeps eſt rationis vt ſentiat quidem: at non habeat. nam cetera quidē aīalia rōnem quidem nō ſentiunt: ſed paſſionibus inſeruiunt: ⁊ vſus variat parūper: neceſſariorum eni3 corpori auxilium fit ab vtriſq3: a ſeruis videlicet: ac manſuetis animalibus.

¶ Cōparat ſm cōuenientiam ⁊ differentiam hominē naturaliter ſeruum ad animal brutu3: ⁊ dicit ꝙ ille: qui eſt ſeruus naturaliter cōmunicat ratione ſolum quantū ad hoc ꝙ recipit ſenſu3 rōnis: ſicut edoctus ab alio. ſed non quantū ad hoc ꝙ habeat ſenſu3 ratiōis per ſeipſu3. Sed alia animalia ſeruiūt homini nō quaſi recipiētia aliquē ſenſum rōnis ab homine inquantū. ſ. memoria coꝝ: que ſunt bene vel male paſſa ab homīe timore vel amore incitantur ad ſeruiendū. Et ſic q̄tum ad modu3 ſeruiendi eſt differētia: inquātū naturaliter ſeruus ſeruit rōne: brutum aūt animal paſſiōe. S3 opportunitas. i. vtilitas que ex vtriuſq3 ſeruitio ꝓuenit modicū variatur: ad eadē. n. ꝓbetur nobis auxiliū ⁊ a ſuis et a domeſticis animalib⁹. ſ. ad neceſſaria corpori. Nō. n. naturaliter ſeruis cū deficiant rōne pōt auxiliari per ꝯſiliū: vel ad aliqđ opus rōnis in corporalib⁹: cū plurib⁹ modis pōt ſeruire ſuus q̄ animal brutū ꝓpter rōnem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uult ergo natura ⁊ differentia facit corpora liberorum ⁊ ſeruorum: alia quidem robuſta ad neceſſarioꝛ vſus: alia vero recta ⁊ inutilia ad tales operationes. Uerum vtilia ad ciuilem vitam. hec aūt diuiſa eſt in belli opportunitates ⁊ pacis: accidit v̄o ſepe ⁊ ꝯtra: hos quidem corpora hēre liberoꝝ: illos v̄o animos.

¶ Oſtēdit quales ſint ſerui ſm corp⁹. Et p̄mo ꝓponit qđ intendit. Scđo ꝓbat ꝓpoſitū. ibi (Nam id quidem ⁊c̄.) Dicit ergo p̄mo: ꝙ natura vult. i. habet quēdam impetū ſiue inclinationem ad hoc vt faciat differentiā inter corpora liberoꝝ ⁊ ſeruoꝝ: ita. ſ. ꝙ corpora ſeruoꝝ ſint fortia ad exercendum vſum neceſſariu3 qui eis cōpetit. ſ. ad fodiendum in agro ⁊ ſimilia miniſteria exercēda. Sed corpora liberoꝝ debent eſſe recta. i. bene diſpoſita ſm natura3 ⁊ inutilia ad tales operatiōes ſeruiles: qđ exigit complexio delicata: ſed tn̄ debent eſſe vtilia ad ciuilem vitā: in qua liberi homines cōuerſant̄. Iſte aūt qui hēt membra vtilia ad ciuilem vitam habet diſpōnem diuiſam in bellicam opportunitatem ⁊ pacificam: vt. ſ. tempore belli habeat membra apta ad pugnandū: ⁊ ad alia militaria opera: tempore v̄o pacis ad exercendum alia ciuilia opera. Et quāuis natura habeat inclinationem ad predicta3 differentiam corpoꝝ cauſandam: tamen q̄nq3 deficit in hoc: ſicut in omnib⁹ alijs que generant̄ ⁊ corrumpuntur conſequit̄ natura effectū ſuum vt in pluribus: deficit v̄o in pauciorib⁹. Quādo ergo in hoc natura deficit: accidit multotiens cōtrarium ei qđ dcm̄ eſt: vt. ſ. illi qui habent animas liberoꝝ: habeant corpora ſeruorū vel ecōuerſo. Eſt aūt cōſiderandu3: ꝙ phs hic inducit concludens ex premiſſis: in quibus agebat de diſpōne anime: q2 cu3 corpus ſit naturaliter ꝓꝑ animā: natura intēdit tale corpus quale ſit ꝯueniēs anime. Etiō intēdit his q hīt animas liberoꝝ dare corpora liberoꝝ: ⁊ ſiłr de ſeruis: ⁊ hoc q̄de3 quātum ad interiores diſpōnes ſemꝑ ꝯſonant. Nō eni3 pōt eſſe ꝙ aliquis hēat animā diſpoſitā: ſi organa imaginationis ⁊ aliarū virium ſenſitiuarum ſint male diſpoſita: ſed in figura ⁊ quantitate exteriori ⁊ alijs diſpōnibus pōt inueniri ꝯtrariū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nam

¶ Nam id quidez patet: ꝙ ſi tantum precellāt corpore quantum deoꝝ imagines: reliqui oēs digni apparerent illis ſeruire.

¶ Probat quod dixerat. Et primo quantū ad corpus. Secundo quantū ad animam. ibi. (Id ſi verum eſt ⁊c.) Dicit ergo primo: ꝙ naturaz inclinari ad hoc ꝙ facit diuerſa corpora ſeruoꝝ ⁊ liberoꝝ ex hoc eſt manifeſtū. Si inter aliquos inueniaꝛ tanta differentia ſolūmodo ex parte corporis: vt videaꝛ tantuz alios extollere: ac ſi eſſent quedam imagines deoꝝ: ſicut ſolemus cōmuniter dicere qñ videmus aliquos elegantis forme: ꝙ videnꝛ eē ſicut angeli: tunc omnes dicerent ꝙ illi qui deficiunt a tanta elegantia forme corporalis ſunt digni vt ſeruiant eis qui ſuperexcellunt ſm illud. Species priami digna eſt imperio. Et cum ſit manifeſtum in maxima differentia: idez etiā eſt ſciendum quātum ad intentionem nature: ſi non fuerit tanta differentia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Id ſi verum eſt in corporibus multo iuſtius in animo idem putare: ſed non vt corporis ita ⁊ animi pulchritudinez diſcernere facile. Quod igitur ſint ſm naturam alij liberi: alij ſerui pater: quibus prodeſt ac iuſtum eſt.

¶ Probat idem ex parte anime ⁊ dicit: ꝙ ſi hoc eſt veruz ex parte corporis ꝙ illi qui deficiūt ſunt digni ſeruire excellentibus: tāto iuſtius eſt hoc determinari ex parte anime: quanto anima nobilior eſt corpore. Sed tamē excellentia pulchritudinis anime nō ita de facili poteſt cognoſci ſicut pulchritudo corporis: ⁊ ideo magis vulgariter iudicatur ꝙ aliqui ſint digni ad dominanduz ex pte corporis ꝙ̃ ex parte anime. Ultimo autez concludit epilogando duas concluſiones intentas in hoc capitulo: ſcilicet ꝙ quidam ſunt naturaliter ſerui: et quidam naturaliter liberi: et ꝙ his qui ſunt naturaliter ſerui expedit ſeruire: ⁊ iuſtum eſt ꝙ ſeruiant.

Quod autem ⁊ contradicentes quodammodo recte dicunt: non difficile fuerit intueri. Dupliciter enim dicitur ſeruire ⁊ ſeruus. Eſt enim aliquis ſm leges ſeruus ⁊ ſeruiens. Nā lex conſenſio quedā eſt: per quā bello capta illoꝝ fieri dicuntur qui ceperunt. Lec. IIII.

¶ Poſtꝙ̃ phs oſtēdit ꝙ aliqui naturaliter ſunt ſerui quibus expedit ſeruire ⁊ iuſtū eſt: hic oſtēdit ꝙ etiā cōtraria opinio eſt ſm aliquā partez vera. Et circa hoc duo facit. Primo ponit modum ſeruitutis: ſm quez negatur a quibuſdam ſeruitus eſſe naturalis ⁊ iuſta. Secundo ſuper hoc dubitationem mouet ⁊ ſoluit. ibi. (Hoc aūt ius ⁊c.) Dicit ergo primo: ꝙ non difficile eſt videre ꝙ illi qui dicunt contrarium his que determinata ſunt: aſſerendo. ſ. nullam ſeruitutem eſſe naturalem ⁊ iuſtam: ſm moduz aliquē recte dicunt. Dupliciter dicitur enim ſeruire ⁊ ſeruus. Unus quidem modus eſt ſm aptitudinem naturalem: vt ſupra dictū eſt. Alius eſt ſm quem aliquis ſeruus vel ſeruiens ſm leges dicitur. Poſita eſt enim quedam promulgatio legis: vt illi qui ſunt victi in bello dicantur eſſe ſerui eorum: qui contra eos preualuerunt. Et hoc iure quaſi omnes gentes vtuntur. vnde ⁊ ius gentium nominatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc autem ius multi eorum: qui circa leges verſantur: tanꝙ̃ Oratorem ꝙ cōtra leges decreuerit: quaſi ſit graue: ſi eius qui viz afferre poteſt ⁊ potētia precellit ſeruus fiat: ⁊ ſubditus qui vim patitur: ⁊ quibuſdaz hoc modo videtur: quibuſdam illo etiam ſapientum.

¶ Mouet dubitationem de iſta ſeruitute legali: et circa hoc tria facit. Primo ponit diuerſas opiniones. Secundo aſſignationes diuerſitatis. ibi. (Cauſa vero ⁊c.) Tertio ſoluit dubitationem. ibi. (Omnino retinentes ⁊c.) Dicit ergo primo: ꝙ multi qui intromiſerūt ſe de legibꝰ ſcribendis ſcripſerunt ꝙ iuſtum predicte legis eſt de numero iniquoꝝ. Et inducit quendam qui vocabatur Orator: cui durum videbatur ſi ille: qui eſt paſſus violentiaz ſit ſeruus: ⁊ ſubiectus ei qui potuit violentiam inferre: et non eſt melior: niſi quia eſt potentior. Unde quibuſdam ſic videtur: ꝙ ſcilicet ſit iniuſtum: alijs autem videꝛ alio modo. Et iſta diuerſitas non ſolū eſt inter populares: ſed etiam inter ſapientes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cauſa vero ambiguitatis ⁊ variationis huiuſmodi eſt: quia quemadmodum virtus freta potentia viz poteſt maxime afferre: ſemper id qđ ſuperat eſt in excellētia alicuius boni: ex quo fit vt vis nō abſꝗ virtute eſſe videatur.

¶ Aſſignat cauſaz predicte diuerſitatis. Primo proponit quiddam quod eſt manifeſtum. Secundo de quo ſit dubitatio. ibi. (Sed circa iuſtum ⁊c.) Dicit ergo primo: ꝙ cauſa premiſſe dubitationis. vnde varianꝛ verba ſapientum eſt ex hoc: ꝙ virtus que eſt per aliquem modum: id eſt ſiue per ſapientiam: ſiue per conſtantiam: ſiue per fortitudinem corporalem: ſiue quocūꝗ alio modo ſi ſortiatur ſucceſſum. i. niſi contrarium eueniat per infortuniuz pōt maxime comparari ſecum ꝙ violentiaz inferat. Et ſic manifeſtuz eſt: ꝙ ille qui ſupat ſemper eſt in exceſſu alicuius boni: niſi per infortuniū aliter accidat. Et ex hoc videꝛ: ꝙ violentia nūꝙ̃ ſit ſine qualicūꝗ virtute eius q violētiā infert: ⁊ hoc eſt p ſe manifeſtū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sed circa iuſtum ſolum eſſe ambiguitatez. Propter hoc etiam alijs quidem beniuolentia videtur eſſe iuſtuz: alijs hoc ipſum videtur iuſtum potentiorem dominari. Diſcordantibus inuicem huiuſmodi ſermonibus: cum alteri nec validuz quicꝙ̃: neꝗ perſuaſiuuz contineant: ꝙ non oporteat meliorem ſm virtutē preeſſe ac dominari.

¶ Oſtēdit qđ remaneat ſub dubitatione: ⁊ de hoc ſolū remanet dubitatio. Utrum ſit iuſtum ꝙ ꝓpter excellētiā qualiſcūꝗ virtutis aliq debeant principari qui ſuperāt. Et ideo circa hoc ſunt diuerſe opiniones: quidaz eniz dicunt: ꝙ hoc iuſtum predicte legis eſt per beniuolentiam. i. in fauorem victorum introductum: vt ꝓpter hoc homines ad fortiter pugnandū incitarenꝛ: quibuſdā aūt videtur ꝙ hoc ipſum quandā rōnem iuſtitie hz: ꝙ ille qui apparet melior in hoc ꝙ vincit principeꝛ ſm ꝙ Salomon dicit in Prouerb. Manus fortium dn̄abitur: que aūt remiſſa eſt tributis ſeruiet. Et quidē ideo dicunt: qꝛ ſi hę rōnes operationuz remoueanꝛ de medio: in primo aſpectu apparet: ꝙ ille rationes que dicunt ꝙ nō opꝫ pͥncipari ⁊ dn̄ari illū qui eſt melior: ſed virtutē que victoꝝ exiſtit nō habeat aliqđ qđ ſit efficax ad mouendū rōnez: neꝗ etiam habēt aliquā ꝓbabilitatem: ſed ea que cōmuniter hominibus videntur. ¶ Deinde cum dicit. iz° cap°

¶ Omnino retinētes qdā: vt aiunt: aliqd iuſtī: nā lex iuſtū qd eſt: ſeruitutē que ex bello prouenit iuſtā poſuere: ⁊ ſimpliciter non aiunt.

¶ Soluit predictā dubitationem: ⁊ primo oſtendit quando ſit iuſtum ſeruire: ⁊ ſecundo quomodo ſit expediens. ibi. (Quod igitur hec ⁊c.) Circa primum duo facit. Primo ponit ſolutionem. Secūdo manifeſtat eam. ibi (Nā fieri poteſt ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ vt totaliter ⁊ cōplete veritatē huiuſmodi dubitationis determinemus: dicendum eſt ꝙ quidam attendentes ad quoddam iuſtū .i. ad iuſtū ſm quid: quale poteſt eſſe in rebus humanis: quod quidem iuſtum lex tradit: ponunt ſeruitutem que ex bello prouenit eſſe iuſtam: non autem dicunt ꝙ omnino .i. ſimpliciter ſit iuſta. Approbat igitur ſecundam opinionem: ſed exponit eam: oſtendens ꝙ non loquebantur de iuſto ſimpliciter: ſed de iuſto ſm quid: quale eſt iuſtū legis humane. Dicitur .n. iuſtū ſimpliciter qđ eſt iuſtū ſm ſuam naturam. Iuſtum autem ſm quid qđ refertur ad cōmoditatē humanā quā lex intendit: qꝛ ꝓpter vtilitatē hominū omnes leges poſite ſunt. Quia igiꝰ hoc non eſt iuſtum ſm naturā: ꝙ quicūqꝫ ab hoſtibus vincunꝰ ſint ſerui: cum plerūqꝫ ↄtingat ſapientes ab inſipientibus ſuperari: dici hoc nō eſſe ſimplr iuſtum: eſt tñ ad cōmodū humane vite. Eſt enim hoc vtile ⁊ illis qui vincuntur: qꝛ ꝓpter hoc a victoribus ↄſeruantur vt in ſalute ſubiecti viuant. Unde ⁊ ſerui a ſeruando dicuntur: ⁊ etiam illis q vincunt: quia per hoc homines incitantur ad fortius pugnandum: ⁊ ꝙ ſint aliqui fortes pugnatores expedit conſeruationi humane ad prohibendum multorū malitias. Si aūt potuiſſet lex humana determiare efficaciter qui eſſent meliores mente: illos procuſdubio ſequēs naturā dños ordinaſſet. Sed quia hoc fieri non poterat: accepit lex aliud ſignum preeminentie .ſ. ipſam victoriā: que ꝓuenit ex aliqua excellentia virtutis. Et ideo ſtatuit victores eſſe dños eorum qui vincuntur. Et ideo hoc iuſtū dicitur eſſe ſm quid vt poſſibile ſit legem poni: non tamē eſt iuſtum ſimpliciter: ⁊ tamen ſeruandum eſt hoc etiā homini virtuoſo ſm mentem: quia cum bonum cōmune ſit melius ꝙ̄ bonū proprium vnius: non eſt infringendum qđ conuenit bono publico: quāuis nō conueniat alicui priuate perſone. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nam fieri poteſt vt belli principium nequaꝙ̄ ſit iuſtū: ⁊ indignū ſeruire nemo diceret eē ſeruū: alioquin ↄtinget eos qui nobiliſſimi videntur ſeruos eſſe: atqꝫ ex ſeruis ſi cōtingat eos capi atqꝫ venundari.

¶ Manifeſtat ſolutionē premiſſam. Et primo per rationes. Secundo per ea que cōmuniter dicuntur. ibi. (Itaqꝫ ꝙ iſtos ⁊c.) Circa primum ponit duas rationes. Illud quod prouenit ex principio iniuſto non eſt ſimpliciter iuſtum. Sed principium bellorum contingit eſſe iniuſtū: puta cum aliquis non habet iuſtam cauſam aſſumendi bellum. Ergo ſeruitus que ſequitur ex tali bello non eſt ſimpliciter iuſta. Secundam rationem ponit. ibi (Et indignum ⁊c.) que talis eſt. Contingit per bellum aliquē ſuperari cui indignum eſt ſeruire. Sed nullus poteſt dicere ꝙ ille quem indignum eſt ſeruire iuſte ſit ſeruus. Ergo non poteſt dici ꝙ ſeruitus que eſt ex bello ſimpliciter ſit iuſta. Minorem autem probat: quia ſi aliquis diceret iuſte ſeruum eſſe eum quem indignum eſt ſeruire: accideret quandoqꝫ eos qui ſunt de nobiliſſimo genere eſſe ſeruos ſi caperentur in bello: ⁊ ſi cōtingeret vendi ſequereꝰ vlterius ꝙ filij eorum eſſent ſerui ex ſeruis nati: qđ videꝰ eſſe incōueniens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Itaqꝫ iſtos non volunt ſeruos dicere: ſed barbaros.

¶ Probat propoſitum per ea que cōmuniter dicuntur: ⁊ primo per ea que cōmuniter dicunꝰ de ſeruitute. Secundo per ea que cōmuniter dicuntur de libertate. ibi (Eodemqꝫ modo ⁊c.) Circa primum duo facit. Primo ꝓponit dictū commune. Secundo oſtendit qualiter intelligatur. ibi. (Atqui cum iſta ⁊c.) Dicit ergo primo: ꝙ propter predictum inconueniens vitandum non volunt homines dicere ꝙ nobiles homines quando capiuntur in bello fiant ſerui: ſed ſolum barbari cum capiuntur fiunt ſerui. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atq cū iſta dicūt nihil querūt aliud ꝙ̄ nā ſeruos: vt ab initio diximus. Neceſſe eſt enī dicere alios vbiqꝫ eſſe ſeruos: alios necubi.

¶ Oſtēdit quomodo intelligatur: ⁊ dicit ꝙ illi qui hoc dicunt videntur dicere ſolum de naturali ſeruitute que eſt in barbaris propter defectum mentis: non autem eſt in nobilibus viris captis in bello: quia ſicut ſupra dictū eſt: neceſſe eſt ab ipſo principio natiuitatis eſſe quoſdā naturaliter ſeruos: ⁊ quoſdā nō. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eodemqꝫ modo de nobilitate: non ſolum enī apud ſeipſos nobiles: ſed vbiqꝫ exiſtimāt: barbaros ꝟo domi ſolū nobiles: quaſi exiſtat alia ſimpliciter nobilitas: alia non ſimplr: vt Theodecti Helena inquit. Ex dijs ab vtraqꝫ ſtirpe ꝓgnatā quiſꝙ̄ appellabit ſeruam.

¶ Ponit ea que dicunt homines de libertate. Et primo ponit dictū. Secundo oſtendit quomodo ſit intelligendum. ibi. (Sed cum hoc aiunt ⁊c.) Dicit ergo primo: ꝙ ſm eundem modum loquuntur homines de ingenuitate: id eſt de libertate. nā ingenuus eſt qui neqꝫ eſt ſeruus neqꝫ libertus. Dicunt enim ꝙ homines nobiles ſunt ingenui non ſolum cū ſunt apud ſeipſos .i. cum ſunt in propria domo ⁊ poteſtate: ſed etiam vbiqꝫ terrarū. Sed barbari ſunt naturaliter ſerui ꝓpter defectum rationis: ſolū domi ſunt liberi ꝓpter defectū dñantium: ac ſi aliq ſunt ſimplr liberi vel ingenui .ſ. q ſunt bene diſpoſiti ſm mentem: alij aūt ſm qd: ſicut barbari. Et inducit ad ↄfirmationem pmiſſoꝝ verba Theodecti. Helena iquit ex dijs ab vtraqꝫ ſtirpe progenatam quiſꝙ̄ appellabit ſeruam: ſm errorem Gentilium qui magnos principes deos vocabant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed cū hoc aiunt nullo alio ꝙ̄ virtute ⁊ vitio diffiniunt ſeruum ⁊ liberum: nobileſqꝫ ⁊ ignobiles. Putant enim vt ex hominibus hominem ⁊ ex beſtijs beſtiam: ſic ex bonis bonū generare. Sed natura quidem hoc vult: attamen plerūqꝫ non poteſt.

¶ Oñdit qualiter id qđ verū eſt ſit intelligendū: ⁊ dicit ꝙ illi qui hoc dicūt nihil aliud dicere videnꝰ ꝙ̄ ꝙ libertas ⁊ ſuitus nobilitas ⁊ ignobilitas determinanꝰ ꝟtute mētis: ita ꝙ illi qui ſunt ꝟtuoſi mēte ſint liberi ⁊ nobiles: q aūt ſunt vitioſi ſunt ſui ⁊ ignobiles: ſm ꝙ dñs dicit in libro Regū. Qui ↄtēnunt me erunt ignobiles. Et hoc idē: qꝛ homines reputant dignū: ꝙ ſicut ex homine generaꝰ homo: ⁊ ex beſtijs beſtia: ita ex bonis viris generetur bonus vir. Et inde proceſſit honor nobilitatis dum filij bonorum honorati ſunt tāꝙ̄ ſimiles patribus in bonitate. Primi 2° cap.

Et ꝟeꝝ

Et verũ eſt ꝙ natura hꝫ inclinationẽ ad hoc faciendum. Prouenit enĩ ex bona corp̃is cõplexiõe ⁊ natura: ꝙ aliq̃ iclinant̃ magis vel min⁹ ad opera virtutũ vł vitioꝝ: ſicut aliq̃ nãliter ſunt iracũdi: ⁊ aliq̃ mãſueti: ⁊ hec qdẽ.ſ.natura corporalis a p̃re deriuat̃ ad poſteros vt ĩ plurib⁹: ſicut ⁊ alie diſpõnes corporales: puta pulchritudo: fortitudo: et alia hõ. Sed ꝓpter aliqḋ ipedimẽtũ qñq; deficit: ⁊ ideo ex bonis parẽtib⁹ naſcũtur multotiẽs boni filij: ſed ꝓpter aliqḋ ipedimẽtuꝫ nõ põt nã ſemꝑ hoc facere. Et iõ qñq; ex parẽtib⁹ bene diſpoſitis ad ṽtutẽ oriunt̃ filij male diſpoſiti: ſicut ex parentib⁹ pulchris turpes filij: ⁊ ex magnis parui. Cõtingit aũt ꝙ filij diuerſificant̃ a parẽtib⁹ in bonitate vel malitia nõ ſolũ ꝓpter diſpoſitionẽ nãlẽ corporis: ſed ẽt ꝑꝑ rationẽ: que nõ ex neceſſitate ſeqtur nãlẽ inclinationẽ. Unde ↄtingit ꝙ hoies: q̃ ſunt diſſiles parẽtib⁹ in diſpõne nãli ꝓpter aliã iſtructionẽ ⁊ ↄſuetudineꝫ: ſunt etiã in moribus diſſimiles. Si igitur bonorum parentuꝫ filij ſint boni: erunt nobiles ⁊ ſm opinioneꝫ ⁊ ſm veritatem. Si autem ſunt mali: erunt nobiles ſm opinionem: ignobiles autẽ ſm rei veritateꝫ. Econtrario autẽ eſt de filijs maloꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod igitur hec dubitatio hꝫ rationẽ quandam: ⁊ nõ ſunt alij natura ſerui: alij liberi: manifeſtũ eſt: ⁊ ꝙ in quibuſdaꝫ determinatũ eſt: tale aliquid: quib⁹ ꝓdeſt ⁊ iuſtuꝫ eſt aliũ ſeruire: aliũ eſſe liberũ: ⁊ cõuenit alium imperare: aliũ parere eo iperio: qḋ inatuꝫ eſt: quare dominari. Male aũt vtriſq; inutiliter fit. Nã idẽ ꝓdeſt toti ⁊ parti: ⁊ anime ⁊ corpori. At ſeruus pars quedã eſt dñi quaſi animatũ qddaꝫ corporis: ſed ſeparata pars. Quapropter aliqd eſt qḋ ſimul ꝓſit ⁊ amicitia ſeruo ⁊ dño inuiceꝫ ſm nãm ita diſpoſitis. Illis vero qui ſꝫ legem ⁊ per violentiam contrarium.

¶ Oſtẽdit qñ ſeruire aliqb⁹ ſit expediẽs vel nõ: ↄcludẽs epilogãdo ex p̃miſſis: ꝙ dubitatio: que ſupra mota eſt hꝫ quãdã rõnẽ: ita ꝙ q̃dã libertatis ⁊ ſeruitutis diſtictio nõ eſt ſm nãm: ſed ſꝫ legẽ: ſed in q̃buſdã diſtinguit̃ ꝑ nãm: ⁊ in talib⁹ expedit: huic ꝙ ſeruiat: ⁊ illi ꝙ dñetur: ⁊ hoc ẽt iuſtũ eſt. Et hoc ꝓbat: q: oportunũ eſt: ꝙ vnuſq̃ſq; ſubdatur vel p̃cipet̃ ſꝫ ꝙ hꝫ aptitudinẽ nãleꝫ. Unde ⁊ his q̃ hñt aptitudinẽ nãlẽ ad hoc expedit ꝙ dñentur ſuis. ſꝫ ſi male dñentur: ⁊ ↄtra aptitudinẽ nãleꝫ inutile ẽ ambob⁹. Qḋ ꝓbat ꝑ hoc: q: videm⁹ ꝙ idẽ expedit parti ⁊ toti. ſ. vt pars ↄtineat̃ in toto: ⁊ ſilr corpori ⁊ aie: vt. ſ. corp⁹ regat̃ ab aia. Qr aũt ſeruus ↄparet̃ ad dñm ſicut corp⁹ ad aiaꝫ ſupra dictũ eſt. Sꝫ ꝙ ẽt ↄparet̃ ad ipm: ſicut quedã pars eius: ac ſi eſſet qḋdã organũ aiatuꝫ: qḋ eſſet quedã ps corporis ſeparata ſupra dictũ eſt. Et iõ pꝫ ex premiſſis ꝙ ſeruo ⁊ dño: q̃ ſunt digni eſſe tales ſꝫ nãm expedit adinuiceꝫ ꝙ vn⁹ ſit dñs: ⁊ alius ſit ſeruus: ⁊ iõ põt eſſe amicitia īter eos: q: cõicatio duoꝝ in eo ꝙ expedit vtriq; eſt rõ amicitie. Sꝫ illi q̃ nõ ſic ſe hñt adinuicẽ ſm nãm: ſed ſolũ ſm legẽ ⁊ violẽtiã cõtrario modo ſe hñt: q: nõ hñt amicitiaꝫ adinuicẽ: nec expedit eis: ꝙ vnus ſit dñs ⁊ alius ſeruus.

Patet autem ex his: ꝙ nõ ideꝫ eſt dominatio ⁊ gubernatio reip. nec oĩa ſimul principia: vt quidaꝫ aiunt: nã aliud liberorum ſm naturam: aliud ſeruorum eſt. Lectio. V.

¶ Poſtq̃ ph̃s inq̃ſiuit de ṽitate opĩonis ponẽtis ſuitute nõ eſſe nãlẽ: hic accedit ad ingrẽdũ de alia opĩone ponẽte ꝙ dñatiua eſt eadẽ politice: ⁊ ꝙ eſt ſcia q̃dã: ⁊ p̃mo excludit p̃m̃ modũ. Scdo 2m̃ ibi. (Dñs ğ nõ dr̃ ⁊c̃.) Circa p̃m̃ duo facit. Prio oſtẽdit ꝙ deſpotica .i. dñatiua nõ eſt ideꝫ ꝙ politica. Scdo ꝙ iconomica nõ eſt idẽ ꝙ politica. ibi. (Et in re familiari ⁊c̃.) Dicit ğ p̃: ꝙ ex p̃dictis põt eẽ manifeſtũ falſeꝫ eẽ opĩonẽ quorũdaꝫ q̃ dicebãt: ꝙ deſpotica .i. dñatiua ⁊ politica: ⁊ glꝫ p̃ncipat⁹ ſunt vnũ adinuicẽ: q: politica eſt p̃ncipat⁹ eoꝝ: q̃ ſunt liberi ſꝫ nãm. Deſpotica aũt eſt p̃ncipat⁹ ſeruoꝝ. dictũ eſt aũt ſupra ꝙ ſꝫ diuerſitatẽ ſuboꝝ ⁊ p̃ncipãtiũ eſt diuerſitas p̃ncipatuũ: ita ꝙ melioꝝ ſuboꝝ ẽ melior p̃ncipat⁹: nõ eſt ğ idẽ p̃ncipat⁹ deſpotica ⁊ politica: ſꝫ politica ẽ p̃eminẽtior. ¶ Deide cũ dic̃.

¶ Et in re familiari imperiuꝫ eſt vnius: nã ab vno regitur omnis domus: in rep. autẽ liberorum ⁊ equalium eſt gubernatio.

¶ Oſtẽdit dñiaꝫ politice ad iconomicã: ſub qua deſpotica ↄtinet̃: cũ deſpotica ſit p̃ncipat⁹ ſeruoꝝ. Iconomica vero oĩuꝫ q̃ habitãt in domo: quoꝝ q̃dã ſunt ſerui ⁊ q̃dã liberi. Differt ğ iconomica a politica in h̃: ꝙ iconomica eſt q̃dã monarchia .i. p̃ncipat⁹ vni⁹: oĩs .n. dom⁹ regit̃ ab vno q̃ eſt p̃rfamilias: ſꝫ politica eſt p̃ncipat⁹ liberoꝝ ⁊ eq̃liũ: vñ cõmutant̃ ꝑſone p̃ncipãtes ⁊ ſubiecte ꝑꝑ eq̃litatẽ: ⁊ ↄſtituunt̃ ẽt plẽs p̃ncipãtes vel in vno vel in diuerſis officijs. Ur̃ aũt hec dñia nõ eẽ ↄueniẽs. Prio qdeꝫ q: nõ oĩs iconomica vr̃ eẽ monarchia: ſꝫ ſolũ cũ p̃r domuꝫ regit: cũ ṽo vir ⁊ vxor dñant̃ eſt ariſtocratia: cuꝫ ṽo fr̃es in domo eſt thimocratia vel politica: vt dr̃ in. 7° ethi. Scdo ẽt q: monarchia eſt vna politicaꝝ: vt in 3° dicet̃. ¶ Dõm aũt ad p̃m̃ ꝙ ph̃s logt̃ hic de dom⁹ p̃ncipatu ſꝫ optimũ ſuũ ſtatũ q̃ ꝑſeuerare põt: ꝙ aũt fr̃es p̃ncipent̃ in domo h̃ nõ ẽ ad ſemꝑ: ſꝫ q̃liſq; hereditatẽ diuidãt: ⁊ vnuſq̃ſq; domũ ſuaꝫ regat. Pricipat⁹ aũt vxoris in domo nõ eſt ſimplr̃: ſꝫ ſm qd: cũ ⁊ ipa ſit ſubiecta viro: ⁊ ſi aliter accidat eſt iordinatio ⁊ corruptio domus. ¶ Ad 2m̃ dõm: ꝙ hic loquitur de principatu politice: ſm ꝙ politicũ diſtinguit̃ a regali: vt ſupra habitũ eſt. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Dominus ergo nõ dicitur ſm ſciam: ſed q: eſt talis: eodẽq; modo ⁊ ſeruus ⁊ liber.

¶ Improbat p̃dictã opĩonẽ quãtũ ad h̃ q̃ ponebat deſpoticã eẽ ſciaꝫ. Et p̃ oſtẽdit ꝙ nõ eſt ſcia. Scdo ꝙ hꝫ quãdã ſciaꝫ adiutiuã. ibi. (Scia ṽo ⁊c̃.) Dicit ğ p̃ ꝙ deſpotes nõ dicat̃ ſꝫ ſciaꝫ: q: .ſ. ſciat dñari: ſꝫ ex eo ꝙ eſt ſic diſpoſitus ſꝫ nãꝫ vł legẽ ꝙ dñetur. ¶ Et ſilr dõꝫ eſt de ſeruo ⁊ libero. Sꝫ deſpotica eſt qua aliq̃s denoiat̃ deſpotes. ğ deſpotica nõ eſt ſciẽtia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sciẽtia vero eſt liberalis ⁊ ſeruilis. Seruilis qualẽ Siracuſis ille docebat. Nã ibi q̃daꝫ mercede pueros docebat ſeruiturẽ: ceu coquinariaꝫ: ⁊ alium hui⁹ generis famulatũ. Sunt autẽ miniſteria alioꝝ q̃deꝫ honeſtiora: aliorũ vero neceſſaria magis. Et vt eſt in ꝓuerbio: ſeruus pre ſeruo: domin⁹ pre domino. He igitur omnes ſcientie ſeruiles ſunt.

¶ Oſtẽdit ꝙ deſpotica habet ſcientiã adiutiuaꝫ. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit qḋ intendit dicens: ꝙ eſt q̃dam ſcientia deſpotica .i. dominatiua: ⁊ quedam ſeruilis. Secũdo ibi. (Seruilis qualeꝫ ⁊c̃.) Manifeſtat de vtraq;: ⁊ p̃mo de ſeruili. Secũdo de deſpotica. ibi. (Domini auteꝫ ſciẽtia ⁊c̃.) Dicit ergo primo: ꝙ ſeruilis ſcientia eſt

equalez quidam in ciuitate Siracuſanorū docuit: qui accepto precio docuit pueros quedaz ancillaria miniſteria: id eſt docuit eos facere quedaz miniſteria: que ancille facere cōſueuerūt vel alij ſerui. Et hec ſciētia ad plus ſe extendit q̃ ad preparanda pulmēta: ⁊ alia hṁōi miniſteria facienda. Quorū tamē miniſteriorū differentia attenditur ſm duo .ſ. ſm dignitatez ⁊ neceſſitatē. Quedā enim ſunt honorabiliora: tamē minus neceſſaria: ſicut miniſterium de delicatis cibarijs preparādis. Quedaz autē ſunt miniſteria magis neceſſaria: ſed minus honorabilia: ſicut miniſterium de pane faciēdo. Unde ⁊ prouerbiū inoleuit: ꝙ nō omnes ſerui ſunt equales: ſʒ ſeruus preferetur ſeruo ſicut dominus dño. Quia igitur talia miniſteria ſunt ſeruorū: manifeſtuz eſt: ꝙ oēs tales ſciētie ſunt ſeruiles. Uñ ad harū differentiaz dicunť alique artes liberales: que deputanť ad actus liberoꝝ. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Domini autem ſcientia eſt: per quaz vtitur ſeruis: nam dominus eſt nō in poſſidendo ſeruos: ſed in vtendo.

❡ Mãifeſtat que ſit deſpotica ſciētia: ⁊ circa hoc tria facit. Primo manifeſtat ꝓpoſituz. Secūdo oſtēdit conditionē deſpotice ſcientie. ibi. (Cōtinet aũt hec ſciētia ⁊c̃.) Tertio agit de quadā ſciētia affini. ibi. (Acquirēdi vero diſciplina ⁊c̃.) Dicit ergo primo: ꝙ deſpotica ſciētia dicitur per quaz aliquis ſcit bene vti ſeruis: nō autem illa per quaz aliquis acquirit ſeruos. Et hoc probat per hoc: ꝙ aliquis dicitur deſpotes: id eſt dominus: nō in poſſidendo: id eſt in acquirēdo ſeruos: ſed magis in hoc ꝙ vtiť ipſis. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Continet autē hec ſcientia non magnum aliquid: neqʒ glorioſum: que enim ſeruū ſcire facere oportet: illum oportet ſcire iubere. Itaqʒ quibuſcūqʒ eſt facultas a laboribus ceſſandi vicarius quidem hunc honorez ſuſcipit. Ipſi vero aut reip. adminiſtrande: aut ſtudijs philoſophie intendunt.

❡ Oſtendit cōditionē hui⁹ ſciētie: ⁊ dicit ꝙ hec ſciētia nō eſt magne eſtimationis: aut veneratiōis. Et hoc ꝓbat primo per rationē: q: ſ. dominatiua ſciētia in hoc cōſiſtit: vt homo ſciat vti ſeruis ꝑcipiēdo eis. Et hoc nō eſt magnū. Eadē eniʒ ſunt que ſcire opʒ ſeruū ad faciēdū: ⁊ dominuʒ ad precipiēdum: vnde pʒ ꝙ nō eſt magni momenti talis ſciētia. Secundo manifeſtat idem per conſuetudinez humanam. Quia eniʒ hec ſciētia nō reputatur alicuius momenti: ideo quicūqʒ poſſunt ſe expedire: vt nō patiantur hoc malum: id eſt vt nō impediātur circa curam ſeruorū ipſi expediunt ſe: ⁊ vacant vel vite politice: vel vite ciuili: vel vite phice: curam autem ſeruorū cōmittunt alicui procuratori. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Acquirendi vero diſciplina: alia eſt ab vtraqʒ iſtarū ceu bellica quedam iuſta: aut venatica. De ſeruo igitur ⁊ domino in hunc modum determinatum ſit.

❡ Quia dixerat ꝙ deſpotica ſciētia nō cōſiſtit in acquirēdo ſeruos ſubdit: ꝙ quedā alia ſcientia eſt acquiſitiua ſeruorū: que differt a ſeruili ⁊ a dominatiua: ⁊ hec eſt multiplex. Exēplificat autē de duabus: per quarū vnā acquirit hō homines in ſeruos: ⁊ hec eſt ſcia peragēdi iuſta bella: in quibus q capiūť iure ſerui efficiunť. Si autē bellū eēʒ iniuſtuʒ: nō eſſet iuſta acq̃ſitio ſeruorū: vnde nō eſſet ſʒ ſciētiaz. Alia aũt ſciētia eſt: per quā hō acquirit beſtias in ſeruos et iſta eſt ſciētia venādi. Ultimo eniʒ epilogādo cōcludit: ꝙ de dño ⁊ ſeruo intātū determinatū ſit.

T O taliter autē de vniuerſa poſſeſſione ⁊ queſtu intuebimur ſm antecedētem moduʒ: quando ⁊ ſeruus poſſeſſionis erat pars. Lec. VI.

❡ Poſtq̃ phs determinauit de dño: ⁊ ſeruo qui eſt poſſeſſio q̃dā: hic determiat ɔſequēter de oī poſſeſſiōe. Et diuidiť in ptes duas. In pma determiat de ea quātū ad ſciētiaʒ. In ſcđa quātū ad vſuʒ. ibi. (Qm̃ aũt q̃ ad ſciaʒ ⁊c̃.) Circa pmū duo facit. Primo dicit de quo eſt intētio. Secundo mouet dubitationes. ibi. (Primuʒ igitur dubitaret ⁊c̃.) Dicit ergo pmo: ꝙ q: dictū eſt de ſeruo: ⁊ ſeru⁹ eſt quedā poſſeſſio: opʒ cōſiderare eo modo: quo tractauim⁹ de ſeruo vniuerſaliter de omni poſſeſſione: ⁊ de arte: que eſt de pecunijs. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Primuʒ igitur dubitaret vtiqʒ aliquis: vtꝝ illa diſciplina: que ad acquirēduʒ ſpectat: idē ſit ꝙ res familiaris: vel pars aliqua ei⁹: vel miniſtra: ⁊ ſi miniſtra: vtrum quēadmodum pectinaria textorie: aut quēadmodum eraria ſtatuarie. Non enim eodeʒ modo ſubminiſtrāt: ſed altera quidem organa prebet: altera materiaz. Dico autem materiaz ceu id: quod ſubiacet: ex quo aliquod perficitur opus: ceu textori lana: ſtatuario es.

❡ Mouet quaſdā dubitatiōes. Primo mouet eas. Secūdo icipit eas ſoluere. ibi. (Qđ quidē igiť ⁊c̃.) Prima aũt dubitatio diuidiť in duas: quaꝝ pria eſt. Utruʒ ars pecuniatiua .i. acq̃rendi pecunias ſit oīo eadeʒ iconomice: vel ſit poti⁹ pars quedā ipſi⁹: aut nō ſit eadē: neqʒ pars: ſed ꝑ ocius ſubminiſtratiua. Manifeſtū eſt eniʒ: ꝙ pecuniatiua aliquo mō ad iconomicam pertinet: vnde opʒ ꝙ aliquo iſtoꝝ modoꝝ ſe hēat ad eā. Nō autē idē eſt ꝙ aliqua ars ſit pars alteri⁹: ⁊ ꝙ ſit ſubminiſtratiua ei. Naʒ ars dř eſſe pars alteri⁹ artis: que ɔſiderat partez eius: quam ɔſiderat alia ars: ſicut ars: que facit cultellū eſt ars fabrilis: q: cultellus eſt quedā ſpēs operū ex ferro factoꝝ. Ars aũt ſubminiſtratiua dř: que facit aliq̃d in miniſteriū alteri⁹ artis ſicut ars que fodit ferruʒ ſubminiſtrat arti fabrili. Et q: pecunia eſt in miniſteriū domus: iō magis videť eē ſubminiſtratiua q̃ pars. Et iō mouet ſcđaʒ dubitationē: inuenitur enī: ꝙ vna ars miniſtrat alij dupl̃r. Uno modo preparādo ei organū quo operať: ſicut ars que facit pectineʒ cū quo texiť miniſtrat arti textili ꝓpriuʒ inſtrumētum. Alio mō q: exhibet ei mãm qua operatur: ſicut ars q̃ preparat es deſeruit arti: q̃ facit ſtatuā ex ere: ⁊ illa q̃ ꝓparat lanā deſeruit textori. Eſt ḡ dubitatio: vtꝝ ars acq̃rēdi pecuniā deſeruiat iconomice: ſicut ꝓparās mãʒ: vł ſicut preparans inſtrumētuʒ. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Quod quideʒ igitur nō ſit eadem rei familiaris diſciplina illi: que pertinet ad acquirenduʒ manifeſtuʒ eſt. Nam huius quidē parare eſt: illius vero vti: que eniʒ vtetur his: que ſunt in domo: niſi rei familiaris diſciplina.

❡ Incipit ſoluere predictas dubitatiōes. Et primo oſtendit: ꝙ pecuniatiua nō eſt eadē iconomice. Secūdo inquirit: vtrū ſit pars eius: aut ſubminiſtratiua: vel poti⁹ ſit aliquid extraneū ab ea. ibi. (Sed vtrū ſit eius pars vel alia ſpecies ⁊c̃.) Primo ergo ſoluit primā dubitationē oſten

dens: ꝙ pecuniatiua nõ ſit oīno eadem iconomice: qꝛ ad pecuniatiuã pertinet acquirere pecunias. Ad iconomicã autem pertinet vti eis. Nulla enim alia ars eſt ad quam pertineat vti eis que ſunt vtilia domui niſi iconomice. Manifeſtũ eſt autẽ etiã in alijs ꝙ ars: que neceſſaria eſt alia ab ea: que facit vel acquirit: ſicut ars gubernatoria ẽ alia a nauifactiua. ergo iconomica eſt alia a pecuniatiua. Ex quo etiã manifeſtũ eſt ꝙ pecuniatiua magis eſt miniſtratiua ꝙ̃ pars: ſemper eniꝫ ars factiua deſeruit arti vtẽti: ſicut que facit frenuꝫ militari. Ex quo etiã manifeſtuꝫ fit: ꝙ pecuniatiua magis ſubminiſtrat per moduꝫ preparantis inſtrumẽta: ꝙ̃ per modũ preparãtis materiã. Pecunia enim ⁊ oẽs diuitie ſunt quedam inſtrumenta iconomice: vt infra dicetur. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Sed vtrum ſit eius pars: vel alia ſpecies dubitationem habet.

¶ Inquirit vtrũ pecuniatiua ſit pars iconomice vel aliqd extraneũ ab ipſa: ⁊ diuiditur in partes duas. In pͥma mouet dubitationẽ. In ſecũda ꝓſequitur eam. ibi. (Nam ſi eſt diligentis patriſfamilias ⁊c.) Dicit ergo pͥmo ꝙ cum pecuniatiua nõ ſit eadem iconomice: que vr̃ vtitur diuitijs ⁊ poſſeſſionibus: dubitari poteſt: vtrum pecuniatiua ſit quedam pars ipſiꝰ iconomice: aut ſit altera ſpecies ab iconomica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nam ſi eſt diligentis patriſfamilias videre quomodo pecunie ⁊ poſſeſſio aſſint. Poſſeſſio autem ⁊ pecunie multas cõplectũtur partes. Itaqꝫ primuꝫ agricultura vtrum pars aliqua ſit illius diligẽtie: an aliud quoddã genus ⁊ totaliter circa alimẽtũ cura ⁊ acquiſitio.

¶ Proſequitur predictã dubitationẽ. ⁊ primo oſtẽdit differentiã pecuniatiue ad aliam poſſeſſiuã. Secũdo determinat propoſitã queſtionẽ. ibi. (Palaꝫ autem ⁊ ꝙ dubitant ⁊c.) Circa primuꝫ tria facit. Primo mouet dubitationẽ de differentia pecuniatiue ad alias poſſeſſiuas. Secundo determinat de alia poſſeſſiua. ibi. (Atq ſpẽs alimẽtandi ⁊c.) Tertio determinat de pecuniatiua. ibi. (Eſt aliud genus ⁊c.) Dicit ergo primo: ꝙ cũ ad pecuniatiuã ptineat cõſiderare: vnde pecunie acquirãtur. Multa autẽ alia poſſidenẽ preter pecuniam: ſicut terre naſcẽtia: ⁊ alia hmõi: queſtio eſt de agricultura per quã alique diuitie acquirunẽ: vtrũ ſit quedaꝫ pars pecuniatiue: vel aliud genꝰ artis. Et qꝛ agricultura ordinaẽ ad acquirendũ cibũ: igitur eadẽ queſtio põt moueri de arte: que ordinatur ad acquirenduꝫ aliter cibum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqui ſpecies alimentãdi multe ſunt. Nam ⁊ vite plures ſunt animaliuꝫ ⁊ hominũ. Nõ enim fieri poteſt vt viuatur ſine alimẽto. Itaqꝫ diuerſitates alimentorum diuerſas faciunt animaliuꝫ vitas. Nã ferarũ quidem alie gregales ſunt: alie ſoliuage: vt hoc vel illo modo illis conducit ad victũ: quoniaꝫ alie viuis animalibus: alie fructibus: alie cunctis paſcũtur. Quare ad facultatem victus eorũ vitas natura diſtinxit. Cum vero nõ ideꝫ cuiqꝫ dulce ſit ſcḋm naturam: ſed alijs alia: ⁊ illarum que animalia: ⁊ illarum que fructus comedunt: vite inter ſe differunt.

¶ Soluit ꝓpoſitam queſtionem: ⁊ primo diuidit acquiſitionem ciborũ in multas partes. Secũdo oſtẽdit qualis ſit. ibi. (Talis igitur acquiſitio ⁊c.) Circa pͥmũ duo facit. Primo oſtendit diuerſitatem ciborũ in animalibus. Secundo in hominibꝰ. ibi. (Hoc idem eſt in hominibꝰ ⁊c.) Dicit ergo primo: ꝙ multe ſunt ciboruꝫ ſpecies: ⁊ ex hoc diuerſificantur modi viuendi tam in animalibꝰ ꝙ̃ in hominibus. Cum enim nõ ſit poſſibile viuere ſine cibo: neceſſe eſt ꝙ ſcḋm differentiam ciborum differat modus viuendi in animalibus. Uidemus enim ꝙ quedam beſtie viuunt congregata in multitudine: ⁊ quedam viuunt diſperſa ⁊ ſeparata ſcḋm ꝙ expedit ad cibum ipſorum. Quedam enim ipſorum ſunt comedentia animalia. Quedaꝫ vero comedunt fructus. Quedam vero comedunt indifferenter omnia: vnde nõ diſtinxit vitas eorum: ſed cibos quos eligunt naturaliter: ⁊ ſcḋꝫ ꝙ viuunt in deſidia vel in pugna. Nam ea que comedunt alia animalia oportet eẽ pugnatiua: ⁊ ꝙ diſperſa viuant: aliter enim nõ poſſent cibum inuenire. Sed animalia que comedunt cibum: qui de facili poteſt inueniri viuunt ſimul. Et quia in quolibꝫ dictoruꝫ generum diuerſa ſunt delectabilia diuerſis animalibus: nõ enim omnia animalia comedentia carnes delectantur in eiſdeꝫ carnibus: ⁊ ſimiliter nec omnia animalia comedentia fructus delectantur in eiſdem fructibus. Inde contingit ꝙ etiam animalium que comedunt carnes ſunt diuerſi modi viuendi: ⁊ ſimiliter eorum que comedunt fructus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc idem eſt in hominibus. Differunt eniꝫ eorũ vite. Nam pigerrimi qui ſunt paſtoralẽ vitam ſequũtur: quoniaꝫ a manſuetis animalibus ſine labore educatio ꝓuenit ocioſis. Cũqꝫ ſit neceſſe mutare locuꝫ animalibus: ⁊ ipſi coguntur vna ſequi: quaſi agriculturã quandam viuaꝫ colentes. Alij vero ex preda viuũt. Et preda quidem alia alij: ceu alij venantes: alij piſcãtes: vt qui paludes ⁊ ſtagna ⁊ flumina: ⁊ mare accolunt. Alij ab auibus ⁊ feris. Sed maxima pars hominuꝫ a terra viuit: ⁊ a fructibꝰ nõ ſilueſtribus: vite igitur forme tot ſunt quot ſcḋm propriam ⁊ innatã nobis operationem nõ per cõmutationeꝫ ⁊ cõmertia ſibi preparant alimentuꝫ: paſtoralis agricultura: predatoria: piſcatoria: venatoria. Sũt ⁊ qui iſta miſcentes iocunde viuant: ſupplentes deficienteꝫ vitam qua deficiens eſt: vt ſufficientia aſſit: ceu paſtoralem ſimul ⁊ predatoriam: alij agriculturam ⁊ venationem. Eodeꝫ modo ⁊ circa alias: vt indigẽtia compellit in hũc modum degunt.

¶ Oſtendit diuerſitatem ciboruꝫ in hominibus. Et dicit ꝙ etiam ſcḋm diuerſitatem ciborum in multis differunt vite hominuꝫ. Tripliciter enim acquirunt cibuꝫ: alij neqꝫ laborant: neqꝫ depredantur. Et iſti ſunt ocioſiſſimi: ⁊ iſti ſunt. ſ. paſtores: qꝛ cibus qui fit a domeſticis animalibus: puta ab ouibus abſqꝫ labore fit hominibus viuentibus in ocio. Sed habent ſolum laborem hunc ꝙ cuꝫ fuerit neceſſarium pecoribꝰ ꝓpter paſcua trãſire de loco ad locũ: tunc ⁊ ipſi cogũtur ſepe tãqꝫ ſi colerent quẽdaꝫ agrũ qui viueret ⁊ moueretẽ. Alij võ ſumũt nutrimẽtũ ex preda vel quaꝫ acquirunt ab hoībꝰ ſicut latrones: vel quam

acquirunt ex aquis ſtagnorum:paludū: fluuiorum: ⁊ in
alijs:ſicut piſcatores. Uł ex agris ⁊ ſiluis:ſicut venatores
auium ⁊ beſtiarū. Tertium genus viuēdi eſt ꝙ pluribꝰ
hominū cōuenit: ꝙ viuunt ex his que naſcūtur in terra
⁊ ex domeſticis fructibꝰ:⁊ iſti habent cibū elaboratū. De
igitur vtplurimū ſunt vite hominū preter eos enim qui
viuunt de negociatiōe:de qua infra agetur:ſunt vite ſim-
plices.ſ.paſcualis agricultura:furatiua:piſcatiua ⁊ vena-
tiua: vt ex dictis pꝫ. Sed cum vita hominū ſit deficiētiſſi
ma:eo ꝙ multis indiget:quidaꝫ ad hoc ꝙ per ſe ſibi ſuf-
ficiant exercent ſimul:⁊ miſcent predictas vitas:⁊ ita de-
lectabiliter viuunt ſupplentes ſibi ex vna quod deeſt ſibi
ex altera:ſicut quidā exercent ſimul vitam paſcualē ⁊ fu
ratiuā:quidā ſimul agriculturā ⁊ venatiuā: ⁊ ſilr alias vi
tas ſꝫ ꝙ vnicuiqꝫ eſt oportunū. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Talis igitur acquiſitio ab ipſa videtur natu-
ra hominibus data: vt ſtatim poſt genituram
ſic etiam ad perfectioneꝫ deductis:nā ab ipſo
generationis initio quedaꝫ animalium ſimul
exprimunt tantuꝫ alimenti: vt ſufficiat donec
poterit ſibiipſi acquirere qđ generatuꝫ eſt: vt
quecūqꝫ ex putredine: vel ex ouis generātur.
Que vero pariunt viuentia alimentum habēt
in ſeipſis ad natorū educationē vſqꝫ ad tꝑus
quoddam:quā lactis naturaꝫ dicimus. Qua-
re ſimiliter eſt in genitis quoqꝫ exiſtimandum
plantaſqꝫ animaliū eſſe gratia: ⁊ cetera anima
lia hominū cauſa:māſueta quidem ꝓpter vti-
litatem ⁊ cibuꝫ:fera vero ⁊ ſi nō omnia:at plu
rima illorū ꝓpter cibum ⁊ alia adiumenta: vt
veſtis ac cetera inſtrumenta ex illis fiant. Si
igitur natura nihil neqꝫ imperfectuꝫ facit: ne-
qꝫ fruſtra:neceſſarium eſt illa omnium homi
num gratia feciſſe naturā. Quapropter ⁊ bel
lica ſm naturaꝫ quodāmodo acquiſitiua erit:
nam ⁊ venatoria pars illius eſt qua vti opor-
tet contra beſtias: ⁊ contra eos homines:qui
ad parendum nati ſunt:nec volunt parere: vt
natura id bellum iuſtū exiſtat.

ℂ Oſtendit qualis ſit predicta poſſeſſiua:que eſt acqſitiua
cibi. Et p̄mo oſtendit qđ eſt naturalis. Secūdo qđ eſt ps
iconomice.ibi.(Una igitur acquirendi ſpecies ⁊c̄.) Ter
tio qđ nō eſt infinita.ibi.(Et videtur ⁊c̄.) Circa primum
ponit talē rōnem. Sicut natura ꝓuidet animalibꝰ ſtatiꝫ
in prima eoruꝫ generatione:ita ⁊ poſtqꝫ eoruꝫ generatio
fuerit perfecta. Prouidet autē eis de nutrimēto in p̄ma
eorū generatione:⁊ hoc pꝫ in diuerſis animalibus. Sunt
eniꝫ quedā animalia nō generātia animal perfectuꝫ: ſed
faciunt oua:ſicut aues:vel vermes quoſdaꝫ loco ouorū:
ſicut patet in formicis ⁊ in apibꝰ ⁊ in alijs huiuſ:⁊ huiuſ-
modi animalia ſimul pariunt cū ꝓprijs fetibus tantum
de nutrimēto quātuꝫ ſufficere poſſit quouſqꝫ animal ge-
neratū perueniat ad perfectū:ſicut patꝫ in ouo: cuius ru-
beuꝫ cedit in nutrimētuꝫ pulli:qui generat̄ ex albo oui:⁊
hoc quādiu pullus eſt īfra teſtaꝫ:ſimile eſt in vermibus.
Quedā autē animalia ſunt:que generāt animal perfectū
ſicut equi:⁊ alia hꝰ:⁊ in talibꝰ animalia:que pariunt hn̄t
vſqꝫ ad aliquod tempus cibū in ſeipſis ad nutrimentum
genitoꝝ:qui quidē cibus vocat̄ lac:⁊ ſic patꝫ ꝙ in prima
generatione natura ꝓuidet animalibꝰ de cibo. Unde ma
nifeſtuꝫ eſt:ꝙ poſtqꝫ iam animalia ſunt perfecta natura
ꝓuidit eis de cibo: ita ꝙ plante ſunt ꝓpter alia animalia
vt ex eis nutriantur:alia vero animalia ſunt ꝓpter hoies
domeſtica quidē ⁊ ꝓpter cibuꝫ:⁊ ꝓpter alias vtilitates:
ſilueſtria vero ⁊ ſi nō oīa tamē plurima eorum cedunt in
cibū hominis:vel aliquo alio modo in auxilium eius:in-
quantuꝫ homo ex eis acquirit veſtituꝫ.ſ.de pellibꝰ eoruꝫ
vel etiaꝫ alia inſtrumēta: vt de carnibꝰ:oſſibus:aut den-
tibus. Et ſic manifeſtū eſt ꝙ homo indiget ad ſuam vitā
alijs animalibꝰ ⁊ plātis. Sed natura neqꝫ dimittit aliqđ
imperfectuꝫ:neqꝫ facit aliquid fruſtra. Ergo manifeſtuꝫ
eſt ꝙ natura fecit animalia:⁊ plātas ad ſuſtētationē ho-
minū. Sed quando aliquis acquirit id qđ natura ꝓpter
ipſum fecit:eſt naturalis acquiſitio. Ergo poſſeſſiua qua
hꝰ acquiruntur:que pertinēt ad neceſſitateꝫ vite eſt natu
ralis:⁊ pars eius eſt predatiua:qua oꝫ vti ad beſtias:que
naturalr ſunt ſubiecte hominibꝰ:⁊ ad hoies barbaros
qui ſunt naturaliter ſerui: vt ſupra dictū eſt:ac ſi h̄ belluꝫ
ſit iuſtum ſm naturā. Dixit autē eſſe predatiuā hꝰ poſſeſ
ſiue:quia alia pars eſt agricultura:que acquirit nutrimē-
tum ex plantis. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Una igitur acquirendi ſpecies ſm naturam
pars eſt rei familiaris:quā oportet ſubeſſe iaꝫ
aut illam parare:quo ea ſubſint:quarū eſt cō-
paratio rerū in vita neceſſariarum: ⁊ vtilium
ad ſocietatem ciuitatis ⁊ domus.

ℂ Concludit ex premiſſis ꝙ quedā naturalis ſpēs poſſeſſi
ue:de qua iaꝫ dictū eſt:pars ē quedā iconomice: ſꝫ qꝰ ps
dicitur eſſe:que eſt subminiſtratiua. Subminiſtrat eniꝫ
nō ſolum iconomice:ſed etiaꝫ politice:⁊ hoc ideo:qꝛ opor
tet ad actum politici ⁊ iconomici vt acquirātur ⁊ ille res
que theſaurizātur ad neceſſitateꝫ vite:⁊ vtilitateꝫ cōita-
tis tam domus qꝫ ciuitatis:qꝛ neqꝫ domus: neqꝫ ciuitas
pōt gubernari ſine neceſſarijs vite. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Et videntur vere quidē diuitie ex his cōſta-
re. nā ſufficientia huius poſſeſſionis ad vitam
bonorū nō infinita eſt: vt Solon carminibus
inquit. Diuitiarū nullus eſt finis conſtitutus
hominibꝰ. Certe conſtitutus eſt vt in alijs ar-
tibus:nullū enim inſtrumētum cuiuſqꝫ artis
īfinitum eſt:neqꝫ multitudine:neqꝫ magnitu-
dine. Diuitie autē ſunt multitudo inſtrumen-
toꝝ rei familiaris: ⁊ reip. Quod igitur ſit aliqua
acquiſitio ſm nām patribuſfamilias: ⁊ guber
natoribꝰ reip. ⁊ ꝓpter quā cauſam patet.

ℂ Oſtendit ꝙ predicta poſſeſſiua nō eſt īfinita: ⁊ dicit ꝙ
vere diuitie ſunt ex hꝰ rebus:quibus ſubuenitur neceſſi-
tati nature. Ideo autē iſte ſunt vere diuitie: quia poſſunt
tollere indigentiaꝫ:⁊ facere ſufficientiā habenti eas: vt.ſ.
homo ſit ſibi ſufficiens ad bene viuēdū. Sunt autē que-
dam alie diuitie:quarū poſſeſſio eſt infinita: vt infra dice
tur:de quibus Solon:qui fuit vnus de ſeptē ſapientibus
dicit in ſuo poemate:ꝙ nullus terminus diuitiaꝝ poteſt
prefiniri hoibus. Unde tales nō ſunt vere diuitie:qꝛ non
replent hoīs appetitū. Qꝛ autē diuitie que cōſiſtunt ex re
bus neceſſarijs ad vitaꝫ ſint finite ꝓbat tali rōe. Nullus
actꝰ inſtrm̄ eſt īfinitū in multitudine:neqꝫ magnitudine.
Ars.n.fabrilis nō hꝫ īfinitos martellos:neqꝫ ēt vnuꝫ ali-
quē martellū infinitū. Sed predicte diuitie ſunt quedaꝫ
organa iconomici ⁊ politici:quia eis vtūtur ad guberna-
tionem

tionem domus vel ciuitatis: vt dictuꝫ eſt. Ergo huiuſmodi diuitie non ſunt infinite: ſed eſt eis aliquis terminus. Et vltimo epilogando concludit: ꝙ eſt quedaꝫ naturalis poſſeſſiua: que eſt neceſſaria ⁊ iconomicis ⁊ politicis: ⁊ ꝓpter quā cauſam manifeſtuꝫ eſt ex dictis.

Eſt aliud genus acquirendi qḋ maxime vocant: ⁊ merito vocari debꝫ. Pecuniaruꝫ in quo nullus finis eſſe videtur: diuitiarum ⁊ poſſeſſionis: quod eſſe vnuꝫ ⁊ ideꝫ cum illo: de quo ſupra diximus: pleriqꝫ crediderūt ꝓpter vicinitatē: ſed neqꝫ eſt idem neqꝫ valde remotū. Eſt enim alterꝫ illoꝝ ſꝫ nām: alterꝫ nō ſm nāꝫ: ſed magis ſm peritiam ⁊ artem. Lec. VII.

Poſtq̄ prius determinauit de vna parte poſſeſſiue: que eſt acquiſitiua cibi ⁊ aliorum neceſſariorū vite: hic determinat de alia poſſeſſione: que appellatur pecuniatiua. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit conditionem ipſius. Secundo determinat de ea. ibi. (De quo dicere ſic exordiamur ⁊c.) Circa primū tria determinat de hac ſecūda parte poſſeſſiue. Primo enim determinat nomen eiꝰ dicens: ꝙ vocatur pecuniatiua: quia. ſ. inſiſtit circa acquiſitionem pecuniarū. Secundo dicit de ea: ꝙ quia acquiſitio pecuniarū eſt infinita ꝓpter iſtam partē poſſeſſiue: videtur hominibus ꝙ nullus ſit terminus diuitiaruꝫ ⁊ poſſeſſionis. Multi enim reputant ꝙ hec pars poſſeſſiue ſit vna ⁊ eadem cuꝫ premiſſa ꝓpter vicinitatem quā habet cum ipſa. Tertio ꝓponit comparationē huius poſſeſſiue ad premiſſam: ⁊ dicit ꝙ neqꝫ eſt eadeꝫ cum predicta: neqꝫ tamē longe diſtat ab ea. Qꝫ autem nō ſit eadem manifeſtat per hoc ꝙ predicta pars poſſeſſiue: que eſt acquiſitiua cibi: ⁊ aliorum neceſſariorū vite eſt naturalis. ſed hec que eſt acquiſitiua pecunie nō eſt naturalis. Denarij enim nō ſunt adinuenti a natura: ſed per quandam experientiam ⁊ artem ſunt introducti. Ideo autem dixit ꝙ nō lōge diſtant: quia per denarium etiaꝫ neceſſaria vite haberi poſſunt ⁊ ecōuerſo. Deinde cum dicit.

De quo dicere ſic exordiamur. Cuiuſqꝫ rei duplex eſt vſus: vterqꝫ vero ſm ipſaꝫ rem: ſꝫ nō ſimiliter: verum alter proprius: alter nō ꝓprius: ceu calcei quidem eſt calceatio ⁊ venditio. Vterqꝫ enim vſus calcei eſt: nam qui calceuꝫ indigenti vendit pro pecunia vel cibo: vtitur calceo qua calceus eſt: ſed nō ſm propriuꝫ vſum: nō enim cōmutationis gratia factus eſt calceus. Eodem modo ſe habet in alijs rebus quas poſſidemus.

Incipit determinare naturā pecuniatiue. Et quia pecunia eſt inuenta ꝓpter cōmutationes faciendas: ideo circa hoc tria facit. Primo oſtēdit quomodo cōmutatio ſe habeat ad res cōmutatas. Secūdo determinat de cōmutatione naturali. ibi. (Eſt enim permutatio ⁊c.) Tertio determinat de cōmutatione pecuniaria. ibi. (Ex hac tamen ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ ad cōſiderandum de pecuniatiua: debemus hinc accipere principiuꝫ. Eſt eniꝫ vniuſcuiuſqꝫ rei duplex vſus: ⁊ cōueniunt in hoc ꝙ vterqꝫ eſt ſm ſe ⁊ nō per accidens. Differunt autem in hoc ꝙ vnus eoruꝫ eſt proprius vſus rei: alius autem nō eſt ꝓprius ſed cōmunis. Sicut duplex eſt vſus calciamenti. Vnus quidem ꝓprius. ſ. calceatio. Alius cōmunis. ſ. cōmutatio. Ad hunc enim vſum nō factum eſt calciamentuꝫ: vt homo cōmutet ipſum: ſed tamē homo ſic poteſt vti calciamēto vt cōmutet ipſuꝫ vel pro pane vel pro cibo. Sed quāuis cōmutatio nō ſit ꝓprius vſus calciamenti: eſt tamē vſus eius per ſe ⁊ nō ſm accidens: quia ille qui cōmutat ipſuꝫ vtitur eo ſm valorem ſuuꝫ. Et ſicut dictum eſt de calciamento: ita intelligendum eſt de omnibꝰ alijs rebus: que ab homine poſſideri poſſunt. Deinde cum dicit.

Eſt eniꝫ permutatio omnibus cepta quidē ab initio: ex eo ꝙ eſt ſm naturaꝫ: quod alij plura q̄ꝫ opus ſit: alij pauciora habeant. Ex quo manifeſtum eſt pecuniariam nō eſſe ſm naturam eius: que pertinet ad acquirenduꝫ: quoad enim ipſius ſufficeret neceſſariuꝫ erat permutationem feciſſe.

Determinat de cōmutatiōe naturali: ⁊ circa hoc tria facit. Primo oſtēdit quorum ſit iſta cōmutatio. Secundo quomodo eſt īrodu cta. ibi. (In pria igitur ſocietate ⁊c.) Tertio quomodo ſe habet ad naturaꝫ. ibi. (Huiuſmodi ergo permutatio ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ permutatio poteſt fieri de omnibꝰ rebus: ⁊ prima quideꝫ cōmutatio incepit a rebus que natura miniſtrat ad neceſſitatē humane vite: eo ꝙ de his quidā homines plura habebant: quidam pauciora: ſicut quidam habebant plus de vino: alij plus de pane. vnde oportuit ꝙ cōmutarent. Et intantum fiebat cōmutatio quouſqꝫ vnuſquiſqꝫ habebat qḋ ſibi ſufficiebat. Unde manifeſtuꝫ eſt: ꝙ cuꝫ denarij nō ſint a natura: ſicut dictū eſt nūmularia: que eſt permutatio denarioruꝫ nō eſt a natura. Deinde cū dicit.

In prima igitur ſocietate: ideſt in domo manifeſtum eſt nihil opus eſſe illius: ſed iam maiori exiſtente ſocietate: alij enim illoruꝫ cōmuniter habebant omnia: alij ſeparatiꝫ multa rurſus alia: quorum ſm indigentiam neceſſe erat permutationem facere: quēadmoduꝫ adhuc faciunt barbarorum nationes multe: alia pro alijs dantes recipienteſqꝫ: inutilia enim ſibi ꝓ vtilibus tradunt: vltra vero nihil: ceu vinum pro tritico: ⁊ ceteris talibus.

Oſtendit quomodo eſt īroducta talis permutatio: ⁊ dicit ꝙ in prima cōmunitate: que eſt cōitas vnius domus nō erat opus aliqua tali cōmutatione: eo ꝙ omnia neceſſaria vite erant patriſfamilias: qui oīa prouidebat. Sed quando iam facta eſt amplior cōitas. ſ. vici ⁊ ciuitatis ꝓpter hoc ꝙ aliqui hominū cōmunicabāt in omnibꝰ: inter quos nō poterat fieri cōmutatio: alij vero erant ſeparati: ⁊ in multis rebus: ideo neceſſarium fuit illaruꝫ rerū: que diuiſe erant: fieri cōmutationes: vt. ſ. duꝫ vnus acciperet ab alio qḋ alter habebat: ipſe retribueret ei quod ipſe habebat: quod adhuc ſeruatur apḋ multas barbaras nationes: apud quas nō eſt vſus denariorū: que nihil plus cōſicant niſi ea que ſunt eis oportuna ad vitā: ſicut dādo ⁊ accipiēdo vinuꝫ ⁊ triticuꝫ ⁊ alia hꝫ. Deinde cū dicit.

Huiuſmodi ergo permutatio neqꝫ preter naturam eſt: neqꝫ ad amplificationem patrimonij pertinet: cum ſit in ſupplementum indigentie ſm naturam.

Concludit ex premiſſis: ꝙ talis cōmutatiua nō eſt preter naturaꝫ: q2 eſt de rebus quas miniſtrat natura: neqꝫ

eſt ſpecies pecuniatiue:quia nõ fit per denarios. Et ꝙ nõ ſit preter naturaꝫ probat per hoc quod eſt in ſupplementum per ſe ſufficientie:adeſt vt homo per huiuſmodi cõmutationem habeat ea que ſunt neceſſaria ſufficiẽter ad ſuſtentationem humane vite. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex hac tamen illa proceſſit ſm rationeꝫ. naꝫ cuꝫ a remotioribus quereretur auxiliũ in portando illa:quibus indigebant: ⁊ exportãdo illa:quibus abundabant:neceſſario nũmi introductus eſt vſus:nõ enim faciliter deferri poſſunt ſingula ſingulis ad vitaꝫ neceſſaria. Itaqꝫ ad permutationes faciendas tale aliquid cõpoſuerunt inter ſe dare ⁊ accipere: quod vtilium exiſtens vſum habere cõmutandi facileꝫ ad vitam:ceu ferruꝫ ⁊ argentum ⁊ ſiquid aliud tale:primo ſimpliciter diffinitum quantitate ⁊ pondere. Poſtmoduꝫ vero etiam ſigno impreſſum:quo ad menſuraꝫ liberi eſſent. nã ſignũ poſitũ eſt ad quãtitateꝫ demõſtrandaꝫ.

¶ Determinat de cõmutatione pecuniaria:⁊ circa h̄ duo facit. Primo oſtendit qũo hec cõmutatio eſt per rationẽ inuenta:cũ nõ ſit a natura. Secũdo oſtẽdit ꝙ ſit infinita ibi.(Et infinite ſunt h̄ꝫ diuitie ⁊c̃.) Circa primuꝫ tria facit. Primo determinat de prima inuentione pecuniarie cõmutationis. Secundo de quadam cõmutatione pecuniaria ſuperueniẽte ibi.(Reperto igitur nũmo ⁊c̃.) Tertio determinat de pecuniatiua:que eſt circa h̄ꝫ cõmutationes.ibi.(Quapropter videtur ⁊c̃.) Dicit ergo primo ꝙ ex prima cõmutatione:que erat ipſaꝝ rerũ neceſſariarũ adiuicẽ ꝓceſſit q̃daꝫ alia cõmutatio ſm rationẽ inuẽta. Cũ enim auxiliuꝫ hominũ adinuicem per cõmutatiões eſſet factuꝫ magis peregrinũ:qꝛ.ſ.homines nõ ſolum ad ꝓpinquos:ſed etiaꝫ ad remotos ceperunt vti cõmutatione:adducẽdo ad ſe ea:quibꝰ indigebant ⁊ mittendo illis ea:in quibꝰ ipſi abundabãt:ꝓpter iſtam neceſſitateꝫ inuẽtus eſt vſus denariorũ:eo ꝙ nõ poterant de facili portari ea que ſunt neceſſaria ſꝫ naturã ad remotas terras:puta vinuꝫ:aut triticum:aut aliquid h̄ꝫ:⁊ ideo ad h̄ꝫ cõmutationes in remotis faciendas ordinauerũt:ꝙ aliquid ſibi inuicem darent ⁊ acciperẽt qḋ de facili ⁊ expedite portari poſſet:⁊ tamẽ inde haberent aliquã vtilitatẽ. Et h̄ꝫ ſũt metalla:puta es ferrum ⁊ argentuꝫ ⁊ alia h̄ꝫ. Hec enim ſunt ſm ſe vtilia:inquantum ex eis fiunt vaſa vel aliqua inſtrumenta:⁊ tamẽ de facili portari poterãt ad remotũ: quia modicũ de iſtis ꝓpter eorũ raritatem valebat multum de aliis rebus:ſicut etiã modo homines: qui debent longũ iter peragere pro ſuis expẽſis loco denarioruꝫ ereorum portant argẽteos vel aureos ꝓpter predictã neceſſitatem cõmutationis ad loca remota. Primo fuit determinatũ metalluꝫ ſolo pondere ⁊ magnitudine:ſicut apõ quaſdaꝫ gentes habẽtur forme argẽti nõ monetati: ſꝫ poſtea vt homines liberarẽtur a neceſſitate mẽſurandi vel ponderãdi impreſſerũt aliquem characterẽ. Qḋ ponitur in ſignũ ꝙ metalluꝫ ſit tante quãtitatis:ſicut etiã in aliqbus locis ĩponũtur quedã ſigna publica ad menſuraꝫ vini vel frumẽti. Sic ḡ pꝫ ꝙ pͥmo denarij ſunt inuẽti ꝑ cõmutatione rerũ neceſſariarũ. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Reperto igitur nũmo ex neceſſaria permutatione alia ſpecies acquirendi emerſit nũmularia. Primo forſan ſimpliciter:poſtea per experientiaꝫ artificioſior. Unde ⁊ quomodo ꝑmutando plurimũ faciat lucrum.

¶ Determinat de alia cõmutatione ſuperueniente:⁊ dicit ꝙ poſtq̃ iaꝫ facti ſunt denarij ex predicta cõmutatione: que eſt ex neceſſitate facta ꝓpter res neceſſarias ex remotis locis habẽdas ſubintroducta eſt ſpẽs cõmutationis pecuniarie:ſm quã denarij pro denarijs cõmutantur: ⁊ hec vocatur nũmularia:qua.ſ.vtũtur cãpſores denarioruꝫ: ⁊ hoc quidem primo factũ eſt ſimpliciter:⁊ quaſi a caſu:puta:ꝙ ex aliquibꝰ terris in alias aliqui denarios trãſferentes carius eos expẽderint q̃ acceperint. Unde poſtea ꝑ experientiam factuꝫ eſt artificiale:vt homo.ſ.conſideret de quo loco denarij ſint tranſmutati: ⁊ quomodo poſſint facere maximuꝫ lucrum:⁊ hoc pertinet ad artem nũmulatoriam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter videtur nũmularia maxime circa queſtum pecuniarum verſari: ⁊ illius eſſe opus poſſe diſcernere: vnde proueniat multitudo pecuniarum. Nũmorum enim ⁊ diuitiarum effectiua eſt.

¶ Determinat de pecuniatiua:⁊ circa hoc duo facit. Primo concludit ex premiſſis:que ſit materia ⁊ actus huius artis. Secundo determinat quãdam dubitationem.ibi.(Nam ⁊ diuitias ⁊c̃.) Concludit ergo ex premiſſis:ꝙ ex quo inceperunt denarij ad denarios cõmutari ꝓpter lucrum quodaꝫ artificiali modo:ars que eſt circa denarios vocatur pecuniatiua:⁊ actus eius eſt ꝙ poſſit cõſiderare vnde poſſit prouenire homini multitudo pecuniarũ. Ad hoc eniꝫ eſt ordinata ſicut ad fineꝫ:vt faciat multitudinẽ pecuniarum ⁊ diuitiarum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nam ⁊ diuitias plerũqꝫ ponunt eſſe multitudinem pecunie:ex eo videlicet ꝙ circa illam intendunt pecuniaria ⁊ queſtuaria.

¶ Determinat quandam dubitationeꝫ circa premiſſa: qꝛ enim dixerat:ꝙ pecuniatiua eſt factiua diuitiarum ⁊ pecuniarum:poſſet aliquis dubitare:vtruꝫ ſint omnino idẽ pecunie ⁊ diuitie. Circa hoc ergo tria facit. Primo ponit quorũdam opinionem. Secundo inducit rationes in cõtrarium.ibi.(Contra vero interdum ⁊c̃.) Tertio concludit determinationem veritatis.ibi.(Quamobrem querunt ⁊c̃.) Dicit ergo primo:ꝙ multotiẽs homines opinãtur:ꝙ diuitie nihil aliud ſint q̃ multitudo pecuniarum: eo ꝙ pecuniatiua ⁊ nũmulatoria:cuius finis eſt multiplicare diuitias tota cõſiſtit circa pecunias:ſicut circa ꝓpriã materiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Contra vero interdum futile quiddaꝫ videẽtur nũmus ⁊ lex: ⁊ ne quicq̃ ſꝫ nãm. Quoniam mutatis his qui vtuntur nullius precij: aut vtilitatis eſt ad aliquod neceſſarioruꝫ ⁊ locuplex nũmis penuriaꝫ patietur neceſſarij alimenti. Atqui abſurdum eſt tales eſſe diuitias affirmare:quarum abundans quis fame perire poſſit: vt de Mida fabulis traditur: cui ꝓpter inſatiabilitatem deſiderij quicquid apponebatur fiebat aurum.

¶ Ponit opinionẽ cõtrariaꝫ dicens:ꝙ aliquãdo videtur ſatuitas quedã dicere:ꝙ nihil eorũ:que ſunt ſm nãm ſint diuitie:puta triticũ ⁊ vinũ:⁊ alia h̄ꝫ:⁊ ꝙ tote diuitie ſint denarij itroducti per legẽ. Et ad h̄ introducit duas rationes:quaꝝ

nec:quarum prima eſt. Quia nõ ſunt vere diuitie ille que variata hominum diſpoſitione nullam dignitatem neq; vtilitatez habent ad neceſſitatez vite. Sed tranſmutata diſpoſitione hominuz qui vtunť diuitijs denarij nullius ſunt precij:nec aliquid afferunt ad neceſſitatez vite:puta ſi placeat regi vel cõitati:vt nõ valeant. Ergo ſtultũ eſt dicere ꝙ diuitie totaliter nihil ſint niſi multitudo pecuniaruz. ¶ Secũdã rõez ponit ibi. (Et locuplex nũmis ꝛc̃.) que talis eſt. Incõueniẽs eſt dicere ꝙ ille qui eſt diues indigeat cibo vel pereat fame:ſed multotiẽs põt cõtingere ꝙ homo abundãs in denarijs egeat cibo:ꝛ moriať fame: ſicut dr̃ fabuloſe de quodã Mida nomie:ꝙ ei ꝓpter hoc ꝙ habebat iſatiabile deſideriũ pecunie oĩa:que ei exhiberenť fiebant aurea:ꝛ ſic peribat fame ħns multitudinez auri oĩbus cibis ſibi appoſitis cõuerſis in auruz. Ergo denarij nõ ſunt vere diuitie. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quãobrez querunt diuitias alias: ꝛ aliã acquirendi rationẽ: ꝛ recte quidem:eſt eniz alia acquirendi ratio ꝛ diuitie ſ͛z naturam: ꝛ hec quidẽ rei familiaris diſciplina:illa vero pecuniaria pecuniaruz effectiua nõ ſimpliciter:ſed per ipſarũ pecuniarũ cõmutationẽ. Et videť circa nũmuz iſta verſari.nã nũmus primũ eſt ꝛ vltimuz in cõmutatione.

¶ Cõcludit determinationẽ veritatis:ꝛ dicit ꝙ illi qui recte ſapiunt ꝓpter predictas rõnes dicunt aliud eſſe diuitias:ꝛ pecuniã ſiue pecuniatiuã. Sunt eniz quedã diuitie ſ͛m nãm.ſ.de reb⁹ neceſſarijs ad vitã:ſicut ſupra dictum eſt:ꝛ talis acquiſitio diuitiarũ ꝓprie pertinet ad iconomicaz. S͛z illa pecuniatiua que eſt nũmularia multiplicat pecunias nõ oĩbus modis:ſed ſolũ per denarioꝝ permutationẽ. Unde tota conſiſtit circa denarios:q2 denari⁹ eſt principiũ talis cõmutationis:dũ denarius ꝓ denario datur. Pꝫ ergo ſ͛z hoc ꝙ ditiores ſunt qui abũdãt in reb⁹ neceſſarijs ad vitã ṽe loquẽdo ꝗ̃ illi q abũdãt in denarijs.

ET infinite ſunt huiuſmodi diuitie q̃ ab hac ratione rei augẽde proficiſcũtur. Ut enim medicina ſanitatis in infinitum eſt: ꝛ vnaqueq; ars finis in infinituz.nã ꝗ̃maxime volunt illum efficere: eoꝝ vero que ſunt ad finẽ nõ in infinitũ: finis enim extremũ oĩbus. Sic ꝛ huius ratiõis augende rei nõ eſt finis terminus:finis autem tales diuitie ꝛ pecuniarũ poſſeſſio:ſed rei familiaris nõ augende rei eſt finis:non eniz hoc rei familiaris eſt opus.

Lectio. VIII.

¶ Poſtꝗ̃ oſtẽdit ph̃s quõ pecuniatiua cõmutatio ẽ introducta ꝑ legẽ:hic oſtendit quõ ſit iſinita talis acqſitiua pecunie:ꝛ circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit ꝓpoſituz. Secundo aſſignat cãz premiſſoꝝ.ibi. (Cã vero eſt hui⁹ ꝛc̃.) Circa primũ duo facit. Primo oſtẽdit ꝓpoſitũ. Secũdo ſoluit ex hoc quãdã dubitationẽ ibi. (Quapropter in hac quidẽ ꝛc̃.) Dicit ergo primo:ꝙ diuitie que acquiruntť ab hac pecuniatiua.ſ.nũmularia que tota eſt circa denarios eſt iſinita:ꝛ hoc ꝓbat tali rõne. Deſideriũ finis in vnaq;q; arte eſt in iſinitũ. Deſideriuz aũt eius qđ eſt ad finem nõ eſt in iſinitũ:ſed hꝫ terminũ ſ͛m regulã ꝛ mẽſuram finis:ſicut ars medicinalis intẽdit ad ſanãdum in infinitũ cũ iducat ſanitatẽ quãtũcũq; poteſt:ſed medicinã nõ dat quantũcũq; poteſt:ſed ſ͛z mẽſurã:que eſt vtilis ad ſanandum:ꝛ ita eſt in alijs artib⁹. Et ratio huius eſt:q2 finis eſt ſ͛m ſe appetibilis. Qđ autẽ ſ͛m ſe eſt tale:ſi magis fuerit erit magis tale:ſicut ſi albũ diſgregat viſum.magis albũ magis diſgregat. Sed pecunie ſe habent ad pecuniatiuã nũmulariaz:ſicut finis:hec enim intendit acquirere pecunias. Ad iconomicã autem nõ ſe habet ſicut finis: ſed ſicut ordinatũ ad finẽ:qui eſt gubernatio domus. Ergo pecuniatiua querit pecunias abſq; termino:iconomica aũt cum aliquo termino. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter in hac quidem videtur neceſſarium: vt ſit finis omnium diuitiaruz. Sed cõtra video fieri:omnes enim in infinituz augẽt qui pecunijs ſtudent.

¶ Soluit dubitationez quãdam ex premiſſis. Et circa hoc duo facit. Primo mouet eam. Secundo ſoluit.ibi. (Cauſa vero ꝛc̃.) Dicit ergo primo:ꝙ ꝓpter predictaz rationẽ videtur ꝙ neceſſariuz ſit eſſe aliquẽ terminum diuitiarũ in iconomica. Sed ſi quis conſideret in his que accidunt videtur eſſe contrariũ:omnes enim iconomici augẽt denarios in infinitum volentes habere denarios pro rebus que ſunt ad vſum vite. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cauſa vero huius eſt illarũ ꝓpinquitas: variatur eniz vſus eiuſdẽ exiſtẽs vtriuſq; acquiſitionis:eiuſdẽ eniz eſt vſus acquiſitio:ſed nõ ſ͛m idez. At huius quidẽ alius finis: huius vero amplificatio. Itaq; videť quibuſdam hoc eſſe rei familiaris opus: ꝛ perſeuerant exiſtimantes oportere aut ꝯſeruare:aut augere pecuniam in infinitum.

¶ Soluit premiſſam dubitationem ꝛ dicit:ꝙ cauſa predicte diuerſitatis videtur eſſe ꝓpinquitas vtriuſq; pecuniatiue:illius.ſ.que deſeruit iconomice:que querit pecunias pro cõmutatione rerum neceſſariarum: ꝛ nũmularie que querit denarios ꝓpter ſeipſos: vtriuſq; enim pecuniatiue eſt idem actus.ſ.acquiſitio pecuniarum:ſed nõ eodem modo:ſed in pecuniatiua iconomica hoc ordinatur ad alium finem.ſ.ad gubernationem domus:in pecuniatiua autez.ſ.nũmularia ipſa augmentatio pecunie eſt finis:ꝛ ideo propter ꝓpinquitatem nũmularie ad iconomicaz videtur quibuſdaz iconomis ꝙ ſit eoꝝ officium illud qđ ꝑtinet ad Cãpſores:vt.ſ.inſtent ad ꝯſeruãdum ꝛ multiplicandũ denarios in infinitũ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Cauſa vero eſt huius diſpoſitionis ſtudiuz viuendi:ſed nõ bene viuendi. Cũ ergo cupiditas in iſinitũ extẽdatur:illa quoq; que efficiũt infinita cupiũt:ſed qui bene viuere ſtudẽt ad fruitionez corporis diuitias querũt. Unde cũ hoc quoq; in acquiſitione ꝯſiſtere videať:oĩs eoꝝ circa acquirendum eſt.

¶ Aſſignat cãm eius qđ dixerat ꝙ diſpẽſatores domoꝝ interdũ perſeuerãt ad augendũ pecunias in infinituz. Et q2 ex cã quã aſſignat ſequũtur quedã abuſiones: ideo hec pars diuiditur in tres ſ͛m tres abuſiones:quas ponit. Secunda pars incipit ibi. (Et altera augendi ꝛc̃.) tertia ibi. (Et ſi per has acqrendi ſpẽs ꝛc̃.) Dicit ergo primo: ꝙ cã huius diſpoſitionis:ꝙ.ſ.diſpẽſatores domoꝝ querũt augere pecuniã in infinitũ eſt:q2 hoĩes ſtudent ad viuẽduz qualitercũq;:nõ aũt ad viuẽdũ bene:qđ eſt viuere ſ͛z virtutẽ:ſi enim intenderent viuere ſ͛m virtutem:eſſent contenti:his que ſufficiunt ad ſuſtentationem nature: ſed q2

pretermiſſo hoc ſtudio ſtudent ad viuēdū vnuſqſqȝ ſm ſuā volūtatē:ideo vnuſquiſqȝ intēdit acquirere ea per q̄ poſſit ſuā volūtatē implere. Et qꝛ cōcupiſcētia hominū tendit in infinitū:ideo in īfinitū deſiderāt ea per que poſſint ſatiſfacere ſue ꝯcupiſcētie. Quidā etiā ſunt qui habēt ſtudiū:vt bene viuāt:ſed ei qd̕ eſt bene viuere addunt id qd̕ pertinet ad delectationes corporales. Dicūt enim nō eſſe bonā vitā niſi cū in talibus delectationibꝰ homo viuat:ꝛ ideo querūt ea per que poſſunt īpleri delectationes corporales. Et qꝛ hoc videtur hominibꝰ poſſe euenire per multitudinē diuitiaꝝ:ideo oīs cura eoꝝ eſſe videt̄ ad acquirendū multas pecunias. Et eſt cōſiderādū ꝙ aſſignat cauſaȝ eoꝝ:que pertinēt ad diſpēſatorē domus ex intētione humane vite:qꝛ diſpēſator domꝰ hȝ ꝑ fine bonā vitaȝ eoꝝ:que ſunt in domo. Sic igit̄ pma abuſio eſt:ꝙ hoīes ꝓpter hoc:ꝙ nō habēt rectū ſtudiū bone vite:intēdūt ad acqrendū pecunias in īfinitū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et altera augēdi ſpēs hinc ꝓceſſit: cum enim fruitio modū excedat:illā exhibent: que hꝫ exceſſum adiplere poſſit. Et ſi per has acquirendi ſpēs nequeant parare:per aliā cām efficere conātur:vnaquaqȝ freti potētia nō ſȝ naturā. Fortitudinis enim nō eſt pecunias parare: ſed fiduciā animi:neqȝ rei militaris: aut medicie: ſed huius quidē victoriā: illius vero ſanitatē. At illi cuncta ad pecuniā cōuertunt quaſi hic ſit finis:ad finē vero cuncta oporteat tendere. De illa igit̄ acquirēdi ſpē que neceſſaria nō eſt ꝛ que nā ea ſit: ꝛ ꝓpter quā cām illa idigemꝰ dixīmꝰ: ꝛ de illa que neceſſaria eſt: qm̄ altera ab illa: ꝛ diſciplina rei familiaris ſm nāȝ circa alimentū:nec īfinita:ſicut illa: ſed finē habēs. Ex hoc patȝ id de quo ab initio dubitabatur. Utrū gubernatoris domꝰ ꝛ ciuitatis ſit acquirere vel nō:ſed oporteat prius eſſe acquiſitū ſicut enim hoīes non facit reſp. ſed factis a nā ſuſcipiēs vtitur:ſic ꝛ alimētū opȝ naturā prebere terrā:aut maria:aut aliud quiddā:ſȝ quēadmodū hec adminiſtranda ſint ad gubernationē pertinet domus:neqȝ enim textoris eſt lanas facere:ſȝ factis vti: ꝛ diſcernere qualis ſit bona ꝛ apta: ꝛ mala ꝛ inepta.

¶ Ponit ſecūdā abuſionē:qꝛ enim diſpēſatores domoꝝ ſtudent circa acquiſitionē pecuniarū ꝓpter hoc īducitur in curā domus altera ſpēs pecuniatiue.ſ.nūmularia preter eā que eſt ꝓpria iconomice.ſ.acqſitio rerū neceſſariarū ad vitā. Sȝ qꝛ in exceſſu intēdunt frui delectationibꝰ corporalibꝰ:ꝓpter hoc querunt ea que poſſunt facere hꝫ exceſſū.ſ.multitudinē diuitiarū. Et ſic eſt ſecūda abuſio ꝙ pecuniatiua nō nālis:neqȝ neceſſaria aſſumitur ad iconomicā. Tertio ponit tertiā abuſionē ibi.(Et ſi per has acquirēdi ꝛc̄.) Et dicit ꝙ qꝛ hoīes nō poſſunt interdū per artē pecuniatiuā acqrere ſufficiēter ea per que ſatiſfaciāt exceſſui delectationū corporalium attentāt acqrere pecunias per alias cās:ꝛ abutunt̄ qualibȝ potētia.i.virtute vl̕ arte vel officio nō ſm ſuā nām:ſicut fortitudo eſt quedā virtꝰ:ꝛ eius opus ꝓpriū nō eſt cōgregare pecunias:ſed facere hominē audacē ad aggrediēdū ꝛ ſuſtinendū. Unde ſi aliquis fortitudine vtat̄ ad cōgregādū diuitias vtit̄ ea nō ſm nām. Silr̄ ēt militaris ars eſt ꝓpter victoriā:ꝛ medicinalis ꝓpter ſanitatē:neutra tn̄ eſt ꝓpter pecuniā. Sȝ quidā ꝛ militarē artē ꝛ medicinalē cōuertunt ad acqrendū pecuniā:ꝛ ita faciūt neceſſariā eſſe pecuniatiuā.i.acqſitiuā pecunie:ordinātes hꝫ artes ad pecuniā ſicut ad finem ad quē opȝ ordinari oīa alia. Et ideo dr̄ in Eccl. Pecunie obediūt oīa. Cōcludit ergo epilogādo ex premiſſis qd̕ dictū eſt de nō neceſſaria pecuniatiua:que.ſ. acquirit pecuniā in infinitū:ſicut finē que ſit cā:ꝛ ꝓpter quā cām hoīes indigent ipſa.ſ. ꝓpter cōcupiſcentiā in infinitū. Dictū eſt etiā de neceſſitate pecuniatiue:que.ſ.eſt altera a premiſſa. Acquirit enim pecunias vſqȝ ad aliquē terminū ꝓpter aliū finē.ſ. ꝓpter habēda neceſſaria vite. Sȝ ꝓprie iconomica eſt circa ea:que ſunt ſm naturā: ſicut illa que pertinēt ad cibū. Et hec nō eſt īfinita ſicut prima pecuniatiua:ſed hȝ aliquē terminū. Uel poteſt intelligi ꝙ ipſa pecuniatiua:que eſt neceſſaria ē altera a nō neceſſaria:ſed eſt iconomica ꝛ aliā nō imitatur.(Ex hoc pȝ id de quo ab initio ꝛc̄.) Mouerat ſuperiꝰ qōnem. Utrū pecuniatiua ſit pars vel ſubſeruiēs iconomice:ꝛ diſtīxit pecuniatiuā ab alia poſſeſſiua:nūc ſoluit motā ſuperius queſtionē:ꝛ circa hoc duo facit. Primo oſtēdit ꝙ pecuniatiua ſubſeruit iconomice. Secūdo oſtēdit quomodo pecuniatiua quedā eſt laudabilis:ꝛ quedā vituperabilis.ibi.(Cū vero ꝛ hec ſit duplex ꝛc̄.) Circa primum tria facit. Primo ſoluit ſuperius motā qōnē. Secūdo mouet aliā dubitationē.ibi.(Nā dubitaret vtiqȝ aliqs ꝛc̄.) Tertio manifeſtat qddā qd̕ dixerat.ibi.(Maxime vo ꝛc̄.) Dicit ergo primo:ꝙ iā ex premiſſis pōt eſſe manifeſtū illō qd̕ querebat̄ a principio. Utrū pecuniatiua pertineat ad iconomicā ꝛ politicā aut nō:ſed ſit oīno extranea:ꝛ veritas eſt:ꝙ nō eſt eadē pecuniatiua iconomice:vt ſupra dictū eſt:ſed tamē ei ſubſeruit:quia pecunias opȝ exiſtere ad hoc ꝙ in domo ꝛ ciuitate opȝ eſſe hoīes: ꝛ ea que ſunt neceſſaria hominibꝰ. Homines autē nō facit politica: ſȝ accipit eos a natura generatos:ꝛ ſic vtit̄ ipſis. Silr̄ ergo politica vel iconomica nō facit cibum:ſed natura tradit ipſū vel ex terra ſicut fructꝰ:vel ex mari ſicut piſces: aut ex aliqua alia re. Facere igitur vel acquirere hꝫ cibū nō eſt ꝓpriū opus ꝛ imediatum politice vel iconomice:ſed ꝓpriū opus eius eſt diſpēſare iſta in domo:ſicut opȝ. Sicut videmꝰ ꝙ textoris nō eſt facere lanā:ſed vti ipſa ꝛ cognoſcere qualis lana ſit idonea ad ſuū opus: qualis etiā ſit praua ꝛ inepta. Sic igit̄ iconomice deſeruit ꝛ natura q̄ generat hoīes ꝛ cibos:ꝛ iterū pecuniatiua que acquirit:ſicut ēt arti textorie deſeruit ꝛ nā que ꝓducit lanā ꝛ mercatiua que acquirit eam. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Nā dubitaret vtiqȝ aliquis:cur ea diligentia que ad acquirēdū pertinet pars rei familiaris ſit:medicia vero nō ſit eius pars? Atqui ſanā eſſe familiā eius opȝ:quēadmodū ꝛ victū habere:aut aliud qddā neceſſarioꝝ. Sed cū ſit vt patriſfamilias ꝛ gubernatoris de ſalute ꝓuidere:ſit ēt vt non:ſed medici. ita etiā de pecunijs eſt:vt patriſfamilias:eſt etiā vt nō:ſed vt lucro inſeruientis.

¶ Mouet quādā queſtionē ꝛ eſt iſta queſtio. Cum illi q̄ ſunt in domo indigeāt ſanitate:ſicut indigēt his que ſunt neċia ad vitā:vt cibo ꝛ veſtitu:querit̄ an ars medicinalis ſit ps iconomice:ſicut pecuniatiua:ꝛ rn̄det ꝙ ad diſpēſatorē domꝰ ꝛ ad ꝑncipē ciuitatis ꝑtinet quodāmō ꝯſiderare de

re de

re de ſanitate.ſcꝫ vtẽdo ꝯſilio medicoꝝ ad ſanitatẽ ſubiectoꝝ.alio aũt modo nõ ꝑtinet ad eos:ſed ad medicos cõſiderãdo.ſcꝫ ex quibus rebus ſanitas conſeruet̃ vel reſtituat̃.Simil'r etiã ad diſpenſatorẽ domus quodãmodo ꝑtinet cõſiderare de pecunia.ſcꝫ vtendo ea iam acquiſita:⁊ vtendo etiã miniſterio eoꝝ qui acqrunt:ſed cõſiderare ex quibus rebus pecunia poſſit acquiri ⁊ quõ:hoc non ꝑtinet ad iconomicũ:ſed ad artez ſubſeruientem.ſcilꝫ ad pecuniatiuam.¶ Deinde cum dicit.

¶ Maxime vero vt prius dictũ eſt a nãoꝫ hec exiſtere:nature eni opus eſt alimẽtũ prebere. Cuiqꝫ aũt ex quo generat̃ alimentũ eſt afferẽdum. Itaqꝫ ſm nãm eſt parandi ſtudium omnibus ex fructibus ⁊ animalibus.

¶ Manifeſtat qđ ſupra dixerat.ſ.ꝙ nã tradat ea que ſũt neceſſaria:⁊ dicit ꝙ ſicut dictũ ẽ ꝑus ea qb⁹ vtit̃ iconomica vel politica:maxĩe opꝫ ꝑexiſtere a nã:a qua ẽt accipiũt ſubſeruiẽtes artes:⁊ hoc ꝓbat per hoc ꝙ nãe opus eſt dare cibũ ei qđ gñat̃ ſm nãꝫ. Uidemus enĩ ꝙ illud ex quo fit aliqđ:quãtũ ad id qđ eſt reſiduũ gñationi:eſt cibus rei gñate:ſicut pꝫ ꝙ aĩal gñat̃ ex ſanguine mẽſtruo:⁊ id qđ eſt reſiduũ ex hac mã nã ꝯuertit in lac ⁊ ꝑparat cibũ gñato.Et ideo qꝛ hõ cõſtitutus eſt ex rebus que ſunt ſm nãꝫ:alie res que ſunt ſm nãm ſunt ei cibus.Et ideo oĩbus hominibus eſt nãlis pecuniatiua.ſ.acquiſitiua ciboꝝ:vel denarioꝝ pro cibo ex rebus nãlibus.ſ.ex fructib⁹ ⁊ aĩalibus. Qꝫ aũt aliqs acqrat pecuniã nõ ex rebus nãlibus:ſed ab ipſis denarijs:hoc nõ eſt ſm nãꝫ.¶ Deinde cum dicit.

¶ Cum vero ⁊ hec ſit duplex:vt diximus:⁊ altera pecuniaria:⁊ altera diſciplina rei familiaris:⁊ hec quidem neceſſaria ⁊ laudabilis:illa vero tranſlata ⁊ merito improbanda:quia non ſm nãm:ſed ab hoĩbus acquirit:rationabiliſſime habet̃ odio nummularia:qm̃ a nummo ipſo facit acquiſitionẽ:⁊ non qđ inductus eſt:cõmutatiõis eni cauſa nũmus iductus fuit. Fenus autẽ ſeipſum maius facit:vnde ⁊ nomen venit:qm̃ illa que pariunt̃ ſimilia ſunt gignentibus. In fenore autem nummus nummum parit. Itaqꝫ maxime preter naturam eſt hic acquirendi modus.

¶ Poſitis duabus pecuniatiuis oſtẽdit que eaꝝ ſit laudabilis ⁊ que vituperabilis:⁊ dicit ꝙ due ſunt pecuniatiue:quarũ vna vocat̃ nũmularia:que ſcꝫ acquirit pecuniã ex pecunijs ⁊ ꝓpter ipſas pecunias.Alia aũt pecuniatiua eſt iconomica:que ſcꝫ acquirit pecunias ex reb⁹ nãlibus.puta ex fructibus ⁊ aĩalibus:vt dictũ eſt. Iſta quidẽ ſecũda eſt neceſſaria ad vitã hoĩum vñ ⁊ laudat̃. Alia vͦo ſcꝫ nũmularia trãſfert̃ ab eo qđ eſt neceſſariũ nãe ad id:qđ requirit cõcupiſcẽtia vt ſupra dictũ eſt:⁊ ideo vituperat̃. Non enĩ iſta pecuniatiua eſt ſm nãm:qꝛ neqꝫ ex rebus nãlib⁹ eſt:neqꝫ ad ſupplendã neceſſitatẽ nãe ordinat̃:ſed ex denarioꝝ adinuicem cõmutatione:inquantũ ſcꝫ homo denarios lucrat̃.Et cũ iſta pecuniatiua que eſt nũmularia iuſte vituperet̃:quedã alia acqſitiua pecunie ẽ:que rationabiliſſime vituperat̃ ⁊ odio hr̃ que dr̃ fenus:ꝑ qđ denarius ſeipſum adauget ⁊ iõ ſic vocat̃. Uidemus enim ꝙ ea que pariunt̃ ſm nãm ſunt ſimilia generantibus.vnde ſit quidã partus cũ denarius ex denario creſcit.Et iõ etiã iſta acquiſitio pecuniarũ eſt maxĩe ꝑter nãm:qꝛ ſm nãm eſt:vt denarij acquirant̃ ex rebus nãlibus:non aũt ex denarijs.ſic ergo vna pecuniatiua eſt laudabilis:⁊ due vituperabiles:vt dictum eſt.

Quoniã vero illa:que ad cognitionẽ pertinebant determinauimus ſufficienter:illa que ad vſuꝫ pertinent diſcutienda ſunt:cuncta enim hec conſiderationem habent liberalem:experientiam vero neceſſariaꝫ.

Lectio. IX.

¶ Poſtq̃ ph̃s docuit cognoſcere pecuniatiue originẽ ⁊ ei⁹ proprietates ⁊ partes:hic conſequẽter determinat ea:que pertinent ad vſum ipſius:⁊ primo dicit de quo eſt intentio.Scđo exequit̃ propoſitũ.ibi.(Sunt autẽ circa acquirendũ partes vtiles ⁊c̃.)Dicit ergo primo ꝙ qꝛ ſufficienter determinauimus de pecuniatiua in eo qđ pertinet ad cognoſcendũ nãm ipſius:opꝫ breuiter ponere ea que pertinẽt ad vſum eius:qual'r ſcꝫ ea vtendũ ſit.Oia enĩ hꝰ q̃ pertinẽt ad operationes humanas habẽt liberalẽ.ideſt expeditã contẽplationẽ:qꝛ facile eſt ea cõſiderare in vli:ſed tamẽ neceſſe eſt:ꝙ habeat̃ experiẽtia circa ipſa ad hoc ꝙ hõ poſſit ꝑfectũ vſum eoꝝ habere.¶ Deinde cũ dicit.

¶ Sunt autem circa acquirendũ partes vtiles rerũ ipſarũ:que acquirende ſunt:peritiã habere:que optĩa ſint:⁊ vbi:⁊ quomodo:ceu quales equi comparandi ſint:quales boues ⁊ pecudes:eodeꝫ modo in alijs animalibus. Opꝫ enim peritum eſſe que iſtorũ potiſſima:⁊ vbi ⁊ qualia:naꝫ alia alibi potiora gignunt̃. Deinde agriculture:eiuſqꝫ ſpecieruꝫ:vt nudi ſoli ⁊ conſiti:⁊ apium ⁊ aliorũ animaliũ:ex quibus ſit vtilitas prouentura. Proprie igitur acquiſitionis iſte ſunt partes ⁊ prime.

¶ Obijcit ſimul contra vtranqꝫ poſitionum: ſcilicet de cõmunitate vxorum ⁊ poſſeſſionem: ⁊ inducit etiam ad hoc tres rationes: quarum ꝑma eſt: ꝙ illi qui volunt ſic nimis vnire ciuitatem manifeſte interimunt opera duarum virtutum: ſcilicet temperantie inquantuꝫ eſt circa mulieres. Opus eniꝫ temperantie eſt abſtinere a muliere aliena: qđ non habebit locum ſi omnes mulieres ſint communes. Similiter introducens communitatem poſſeſſionum aufert actum liberalitatis. Non enim poterit eſſe manifeſtũ de aliquo an ſit liberalis: nec aliquis poterit actum liberalitatis exercere: ex quo non habet proprias poſſeſſiones: in quarum vſu conſiſtit opus liberalitatis. Prouidus homo propria expendit ⁊ dat. Quod autem aliquis det communia non eſt multum liberalitatis. ¶ Secundam rationeꝫ ponit: ibi. (Illiuſmodi itaqꝫ ⁊c̃.) ⁊ dicit ꝙ lex Socratis predicta videtur bona in ſuperficie. Et videtur ꝙ ſit amabilis ab hominibus: ⁊ hoc propter duo. Primo propter bonum quod aliquis ſuſpicatur futurum ex tali lege. Quando enim aliquis audit ꝙ inter ciues ſint omnia communia ſuſcipitur hoc cum gaudio reputans amicitiam admirabilem futuram per hoc omnium ad omnes. Secundo propter mala que putat tolli per hanc legem. Accuſat enim aliquis mala que nunc fiunt in ciuitatibus: ſicut diſceptiones hominum adinuicem circa contractus et iudicia de teſtimonijs falſis: ⁊ hoc ꝙ pauperes adulant̃ diuitibus tanq̃ omnia iſta fiant propter hoc ꝙ poſſeſſiones non ſunt communes. Sed ſi aliquis recte conſideret nihil horum fit propter hoc: ꝙ poſſeſſiones non ſunt cõmunes: ſed propter malitiam hominum. Uidemus eniꝫ ꝙ illi qui poſſident aliqua in communi multo magis diſſident adinuicem q̃ illi qui habent ſeparatas poſſeſſiones. Sed quia pauci ſunt illi qui habent poſſeſſiones communes reſpectu illorũ qui habent diuiſas: propter hoc pauciora litigia veniunt ex communitate poſſeſſionum. Tamẽ ſi omnes haberent cõmunes: multo plura litigia eẽnt.

¶ Tertiam

¶ Tertiam rationem ponit:ibi.(Inſuper equuz erat ⁊c̃.)
Et dicit ꝙ homo nõ ſoluz debet conſiderare quot malis
priuentur illi qui habent cõmunes poſſeſſiones ⁊ vxores:
ſed etiam quot bonis priuentur. Debet eniz legiſlator ſu-
ſtinere aliqua mala ne priuentur maiora bona:tot autem
bona priuantur per hanc legem Socratis:ꝙ videtur eſſe
impoſſibilis talis ↄuerſatio vite:vt pꝫ per inconuenientia
ſupra poſita.

Cauſam vero Socrati huius erroris
putandum eſt fuiſſe ſuppoſitionem
non rectam. Oportet eniz quodãmõ
vnam eſſe ciuitatem ⁊ domum:ſed
non penitus. Eſt eniz quo ſi ꝓcedat nõ erit ciui-
tas. eſt etiam quo erit quidez ꝓpe vt non ſit ci-
uitas deterior ciuitas:velut ſiquis concentum
faciat vniuocũ ⁊ verſum pedẽ vnuz. Sed oꝫ
cũ ſit multitudo:vt prius diximus:per diſcipli-
nam cõmunem ⁊ vnam efficere:⁊ qui diſcipli-
nam ſit adhibiturus volens per illã ſtudioſam
facere ciuitatem. Abſurdũ eſt ſi per talia que-
dam inſtituendaꝫ putet:ac non per mores ⁊ ꝑ
philoſophiam:⁊ per leges veluti ſeruiorũ iu-
mentorumqꝫ in Lacedemone ⁊ comeſſatio-
nũ in Creta legiſlator cõionẽ induxit. Lec. V.

¶ Poſtq̃ philoſophus impugnauit legeꝫ Socratis oſten-
dens eam eſſe incõuenientẽ:hic impugnat eã oſtendens
eſſe inſufficientem:⁊ circa hoc duo facit. Primo oñdit ꝙ
nõ habuit ſufficiens motiuum. Scd̃o oſtendit ꝙ id quod
ponebatur inſufficiens erat:ibi.(Modus vero ⁊c̃.(Circa
primũ duo facit. Pr̃o oſtendit motiuum eſſe inſufficiẽs:
ꝓpter falſam ſuppoſitioneꝫ. Scd̃o ꝓpter defectũ experiẽ-
tie:que requiritur in legibus cõdendis:ibi.(Neqꝫ illud
ſane ⁊c̃.) Dicit ergo primo ꝙ cã quare Socrates deuiauit
a veritate circa legem de cõmunitate poſſeſſionũ filiorũ
⁊ vxorum:opꝫ putare fuiſſe qꝛ ſupponebat quandã ſuppo-
ſitionem non rectã:ſcilicet ꝙ ſummum bonuz ciuitatum
eſſet:ꝙ ipſa eſſet maxime vna. Hec aũt ſuppoſitio iõ non
eſt recta:qꝛ ad ciuitatem ⁊ domum:ſicut ſupra dictum eſt
requiritur aliqua vnitas ſꝫ nõ oĩmoda. Unde intantũ põt
ꝓcedere vnitas ciuitatis:qꝺ iã nõ erit ciuitas:puta ſi oẽs
ſint vnius artis:et habitantes in vna domo. Intantum
autẽ poteſt procedere vnitas qꝺ erit in propinquo ad hoc
ꝙ nõ ſit ciuitas. Unde ſeqtur ꝙ ſit peior:quia vnumqꝺqꝫ
tanto deterius eſt quanto magis appropinquat ad ſuum
nõ eſſe:ſicut ſi tollatur aliqua diſtinctio officioꝝ que ſunt
neceſſaria ad bñ eſſe ciuitatis:⁊ ponit exẽplũ:ſi aliquis fa-
ciat ↄcẽtũ vniuocũ.i.omnes cantãtes in vna voce:iaꝫ nõ
erit ſimphonia ⁊ ↄſonãtia vocum:cui ſimilatur ciuitas ex
diuerſis ↄſiſtens. Similiter ſiqs faceret verſuz pedẽ vnũ:
ideſt carmen vno pede tantum numero conſtare:qꝛ tunc
carmen nõ eſſet:qꝺ ex multis numero pedibus cõficitur.
Et ita poteſt intantũ ꝓcedere vnitas ꝙ tollat̃ ciuitas:ſed
ſicut ſupra dictum eſt:oportet in ciuitate eſſe quidẽ diuer-
ſorũ multitudinẽ. ſed ꝙ ciuitas fiat vna ⁊ communis ꝓ-
pter quandã diſciplinam legũ recte poſitarum. Sed ſi ali-
quis qui erat inducturus diſciplinã ad vniendum ciuita-
tem putet per hãc legem de cõmunitate filioꝝ ⁊ vxorum
fieri ciuitatem bonam:incõueniens eſt ſi eſtimet ꝙ ꝑ ta-
les cõitates poſſit rectificare ciuitateꝫ:⁊ nõ magis per bo-
nas conſuetudines ⁊ leges:⁊ per ſapientiã circa talia:ſicut
dictuꝫ eſt ſupra:ꝙ Lacedemones poſſeſſiones ꝓprias ha-
bebant cõmunes quantũ ad vſum:⁊ in Creta etiam fecit
legiſlator eſſe aliqua cõmunia:vt fierent quedã cõuiuia
publica ciuibus ſꝫ aliqua tempora ad hoc inſtituta:vt in-
ter eos maior familiaritas eſſet. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Neqꝫ illud ſane ignorandũ eſt:quia opꝫ ad
longum tempus ac diuturnas conſuetudines
inſpicere an recte ſe habeant. Ferme enim oĩa
inuenta ſunt quidem:ſed alia non inducta:alia
ab expertis repudiata. Maxime autẽ id appa-
ret ſiquis ꝑ opera inſpiciat remp. ſic inſtitutaꝫ.
Non aliter enim poterit feciſſe ciuitatem niſi
ſeparet illa atque diſtinguat partiꝫ in comeſſa-
tiones:partiꝫ in genera:partiꝫ in tribus. Itaqꝫ
nihil aliud contingit lege prouiſum eſſe:niſi vt
cuſtodes agros non colant:quod nunc Lace-
demonij facere ceptant.

¶ Oſtendit inſufficientiam motiui ꝓpter defectuꝫ expe-
rientie:⁊ dicit ꝙ ad hoc ꝙ leges bene ponãtur opꝫ hoc nõ
ignorare:qꝛ dꝫ aliquis multo tempore conſiderare ⁊ mul-
tis annis vt manifeſtum ſit ꝑ experientiam ſi tales leges
vel ſtatuta bene ſe habeant. Eſtimandũ eſt eniz ꝙ in lon-
gitudine precedentiũ temporuꝫ fere omnia inuenta ſunt
circa conuerſationem humanam qui excogitari poſſunt:
ſed quedã eoꝝ non ſunt inducta:ideſt non eſt vſqꝫ ad hoc
in eis proceſſum ꝙ lege ſtatuerentur:qꝛ ſtatim eoꝝ incon-
uenientia apparebat. Quedaꝫ vero ſunt quidem ſtatuta:
ſed receſſerunt ab vſu dum cognouerunt homines ꝙ non
erant vtilia. Et hoc maxime manifeſtũ fit:ſiquis per expe-
rientiam ordinis inſpiciat talem ordinem ciuitatis inſti-
tutũ qualem Socrates dixit. Impoſſibile eniz eſt ꝙ fiat
ciuitas niſi per aliquam operationeꝫ ⁊ ſegregationẽ:puta
ꝙ de bonis cõmunibus fiat diſtributio per diuerſa conui-
uia:vel per diuerſa genã:aut per diuerſas tribus:ideſt ſocie-
tates:ciuitatis aut regionis. Quia igit̃ neceſſe eſt omnino
ꝙ fiat diſtributio bonoꝝ cõmunium quantum ad rem
nihil aliud affertur per ſtatutum talis legis de cõmunita-
te poſſeſſionum:niſi ꝙ municipes:ideſt qui cõtinue morã-
tur in ciuitate non habeãt curam de agris colendis:quaſi
nõ habentes agros ꝓprios:ſed etiam ſi nõ ſint agri cões
hoc ipſum fieri põt:ſicut Lacedemonij facere conantur:
vt ſcilicet per alios agri colantur quamuis ſint proprij.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Modus vero totius reip. quis futurus ſit in
cõione de gentibus neqꝫ Socrates ipſe inquit:
neqꝫ dictu facile eſt. Atq multitudo ciuitatis
diuerſorũ ciuiũ eſt multitudo:de quibus nihil
determinatum eſt:an ⁊ agricolis cões eſſe fa-
cultates oporteat:vel ꝓprias ſingulorũ. Pre-
terea vtrum mulieres ⁊ pueros proprios vel
comunes. Si enim eodẽ modo comunia ſunt
omnia omnium:quid differrent iſti ab illis cu-
ſtodibus:vel quid plus ſuſtinentibus eorum
imperiũ:vel quã ob cauſaꝫ iperiũ ſuſtinebunt
niſi forte ꝓtexũt aliquid tale quale Cretenſes
q cetera oĩa ſeruis ꝑmittẽtes gymnaſia ſoluꝫ
illis vetuerunt ⁊ armoꝝ poſſeſſionẽ. Quod ſi
vt in alijs ciuitatibus:ita apud illos talia erunt:
quis modus erit cõmunitatis. Neceſſe eſt eni

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

duas ciuitates in vna eſſe ciuitate: ⁊ eas inter ſe contrarias: facit enim alios quidē cuſtodes quaſi in preſidio conſtitutos: alios agricolas ⁊ artifices ⁊ ceteros ciues. Litigia ꝟo ⁊ iudicia ⁊ ꝙ alia mala ciuitatibus prouenire inquit: oia prouenient etiā iſtis: quanq̄ȝ dicat Socrates fore vt non multū legibus indigeant ꝓpter diſciplinam: veluti circa res vrbanas ⁊ circa forum ⁊ alijs huiuſmodi legibus: tribuens ſolū diſciplinam cuſtodibus. Inſuper dominos facit ſuarū reruȝ agricolas ac tollere permittit: at multo magis putandum eſt fore illos graues ⁊ inſolentes q̄ȝ illas que apud quoſdam ſunt hilocias vel peneſcias vel perichias.

℄ Oſtendit incōuenientiaȝ legis Socratice quantū ad id qḋ ponebat: ⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtendit inſufficientiam predicte legis quātū ad ea de quibus eſt. Scḋo quātū ad quedaȝ cōmunia: ibi. (Enīuero ſiue neceſſaria ⁊c.) Circa primū inducit tres rōnes: quarū prima oſtēdit inſufficientiam predicte legis quātū ad hoc ꝙ nō poterat ſm eā ſufficienter diſtingui multitudo ciuitatis: ⁊ dicit ꝙ nō ſolū lex Socratis facere videbat̄ ꝙ municipes agros non colerent tanq̄ȝ nō proprios exiſtentes: ſed neqȝ etiam Socrates dixit qs modus eſſet totius cōuerſationis politice inſtituende ſm ſuam legeȝ cōmunicantibus: ideſt habentibus oia cōmunia: neqȝ etiam poſſibile eſt a quouis alio dicere hac lege ſeruata. Neceſſe enim eſt ꝙ multitudo ciuitatis ſit multitudo hoīum diuerſorum ſm diuerſos ſtatus. De quoꝝ diuerſitate qualiter eſſe poſſit nihil eſt determinatum a Socrate. Neceſſe enim eſt dicere ꝙ agricolis ſint poſſeſſiōes cōmunes ſimul cū alijs ciuibus ⁊ filij ⁊ vxores: aut ꝙ habeāt ſeorſum ꝓprias ⁊ poſſeſſiones ⁊ vxores ꝑter alios ciues. Hoc autem ſcḋo mō contingit aſſignare diuerſitateȝ eorum ab alijs ciuibus: tūȝ propter differentiam eorum in poſſeſſionibus. tum ēt ꝓpter parentū originem. Sed ſi eodē mō ſint cōia omnia predicta omnibus alijs nulla differentia inuenieт̄: ſm quā poſſint diuerſificari agricole a cuſtodibus: neqȝ ēt poterit aſſignari quid plus ꝯſequantur illi qui portāt pondus principatus in regendo ciuitatē: ⁊ ſic inutiliter laborabunt. Nūc autem habent hoc emolumentū ꝙ attribuunt̄ eis plures poſſeſſiones: ⁊ filij eoꝝ nobilitantur. Similiter etiam nō poterit aſſignari qui paſſi fuerunt principatū: ideſt ꝓpter quā eorū conditionem precedentē ad principatū aſſumātur. Nunc enim conſueuerunt ad principatus aſſumi qui ſunt nobiliores origine: vel excellentiores diuites. Excellentia autem ſm virtutem nō ſemꝑ eſt ita manifeſta qḋ ſm eam ſolaȝ ſufficienter poſſint inueniri homines q aſſumant̄ ad ꝑncipatus. ℄ Poſſet aūt aliqs dicere ꝙ illi qui ſeruarent legē Socratis ſuſciperent tale aliquid obſeruādaȝ quale obſeruant Cretenſes qui agriculturaȝ ⁊ alia hꝫ artificia dimittunt exercenda per ſeruos: q̄bus ſolum interdicunt gymnaſia: ideſt exercitia corporalia: ⁊ vſum armorū: vt ſm hoc nō oporteat diſtinguere inter agricolas ⁊ alios cuſtodes. Quia exercentes agriculturaȝ ⁊ artifices ſm hoc nō erant ciues ſed ſerui. Sȝ ſi in ciuitate quā Socrates intendit inſtituere erunt hꝫ ordinata ſicut in alijs ciuitatibus: vt. ſ. quidam ciuium ſint agricole ⁊ artifices: non videbitur eſſe vna cōmunitas: quia in vna ciuitate neceſſariū erat eſſe quaſi duas ciuitates ſibi contrarias. Ex vna eniȝ parte erunt cuſtodes q cuſtodiunt ciuitatē nihil aliud operantes: ⁊ ex alia parte erunt agricole ⁊ artifices operantes: quos opȝ eſſe cōtrarios adinuicem ex hoc ipſo qḋ laborantibus alij nō laborant: ⁊ tñ plura de fructibus recipiunt: ſicut etiam ſupra dictuȝ eſt. Si ꝟo poſſeſſiones nō ſunt cōmunes: nō erit ex hoc litigiū: quia quilibet procurabit ꝙ colantur agri ſui vel per alium vel ꝑ ſeipſum: ⁊ dum minores ſeruient maioribus ab eis aliqḋ lucrum recipientes erit vna cōmunicatio inter eos. ℄ Secundam rationem ponit ibi. (Litigia ꝟo ⁊ iudicia: ⁊ qḋ alia mala ⁊c.) ⁊ dicit ꝙ in ciuitate habente omnia cōia ſicut Socrates dixit: inuenientur mutue accuſationes: ⁊ diſceptationes: ⁊ omnia alia mala que Socrates dicit nunc eſſe in ciuitatibus. Diſceptabūt enim ciues adinuiceȝ de hoc ꝙ nō equaliter laborant nec equaliter fructum recipiunt: ⁊ de multis ēt alijs quāuis Socrates putauerit ꝙ iſta mala in ciuitate in qua eſſent oia communia non eſſent. Et ꝓpter hoc dicebat ꝙ ꝓpter hꝫ diſciplinaȝ nō indigeret ciuitas multis legibus: ſed ſolum quibuſdam paucis: ſcilicet circa habitationē municipij: ⁊ circa foꝝ iudiciorū: vel etiam circa forum rerū venalium: ⁊ circa alia hꝫ: ſine quoꝝ ordinatione ciuitas eſſe nō poteſt: ita tamen ꝙ hꝫ diſciplinaȝ legum attribuebat ſolum cuſtodibus ciuitatis: nō autem agricolis: qui extra ciuitatē ⁊ municipiū mōrabant̄. Et ſic pȝ ꝙ lex Socratis erat inſufficiens: qꝛ nō poterat a ciuitate extirpare mala que tollere conabatur. ℄ Tertiaȝ rōnē ponit ibi. (Inſuper dominos ⁊c.) ⁊ dicit ꝙ Socrates cōmittebat ſm ſuā legem totā diſpoſitionē poſſeſſionū agricolis quibus dicebat eſſe cōmittēdam ꝙ fructus agrorū offerent ciuibus circa alia vacantibus: ⁊ ex hoc putabat ꝙ agricole ꝓpter hanc ꝑtātem efficerentur obſequioſi ⁊ humiliter ſeruientes alijs ciuibus: ſed totū ꝯtrarium accideret. multo enim magis eſt veriſimile ꝙ ex quo haberent oia in ſua poteſtate ꝙ eſſent graues alijs ciuibus ⁊ adinuenirent aſtutias ad defraudanduȝ eos q̄ȝ ꝙ humiliter eis ſeruirent. Et ſic pȝ ꝙ lex Socratis de cōitate mulierum ⁊ poſſeſſionum inſufficiens erat: qꝛ nō poterat implere qḋ conabatur. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Enimuero ſiue neceſſaria ſunt hec ſimiliter ſiue non: nihil nunc quidem determinatuȝ eſt: neqȝ de conſequentibus que ſit eorum adminiſtratio ⁊ diſciplina ⁊ leges quedaȝ: eſt aūt neqȝ facile reperire: neqȝ parum referens quales hos eſſe opȝ ad ꝯſeruādā cuſtodū cōioneȝ.

℄ Oſtendit inſufficientiā legis Socratis quātū ad alia cōſequentia: ⁊ primo in generali. Scḋo in ſpeciali: ibi. (Atqui ſi mulieres faciet cōes ⁊c.) dicit ergo ꝑmo ꝙ ſiue iſta que Socrates poſuit de cōitate mulierum ⁊ poſſeſſionū ſit neceſſaria ciuitatis: ſiue nō: tñ de cōſequentibus nihil determinauit ſcilicet qualis debeat eſſe ordinatio politice conuerſationis ⁊ qualis diſciplina: ⁊ quales leges ꝓprie eoꝝ qui ſic habent oia cōia. Non eniȝ de facili eſt inuenire aliquas tales: neqȝ parum refert quales hos eſſe opȝ: q hanc cōmunionem cuſtodū conſeruare debent. Vñ q̄buſdam ſpecialibus legibus ⁊ ſpeciali diſciplina eſſent imbuendi. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Atqui ſi mulieres faciet cōmunes: facultates ꝟo ꝓprias: quis curam habebit rei domeſtice vt agriculture viri. Si ſint communes facultates ⁊ agricolarū mulieres. Abſurdum etiam ex beſtijs facere ſimilitudinē: ꝙ cōueniat eadeȝ exercere mulieres que viri ad quos rei domeſtice cura nequaq̄ȝ pertinet.

℄ Oſtendit

¶ Oſtendit inſufficientias in ſpeciali: ꝛ primo quātum ad mulieres. Scḋo quātum ad pncipes: ibi. (Periculoſa eſt inſuper ꝛc.) Tertio quātū ad cōem ciuitatis felicitatē: ibi. (Preterea cuſtodibus felicitatē ꝛc.) Quātū ad mulieres autem duo tangit. Primo ꝙ nō poteſt ſufficienter ordinari de mulieribus ſi ſint cōes cuſtodibus ꝛ agricolis: ēt ſi poſſeſſiōes ſint ꝓprie ꝛ diſtincte vtriſqꝫ. Cōſtat eniꝫ ꝙ ſi ſint cōmunes: opꝫ ꝙ agricole diſpenſent ea que ſunt in agris: non poterunt ſimul vti mulieribus in ciuitate exiſtentibus: ꝛ agros colere. Sed ſi facultates ſint ꝓprie: mulieres communes non poterunt intendere rei domeſtice: ſicut viri poterunt intendere agriculture. Si econtra facultates ſint cōes: ꝛ vxores ꝓprie agricolarū: ſimul eniꝫ poterūt ꝛ agros colere ꝛ vxoribus ſecum habitantibus operam dare. Scḋo circa mulieres dicit ꝙ Socrates dicebat: ꝙ mulieres debebāt eadē tractare cū viris: vt. ſ. colerent agros ꝛ pugnarent ꝛ alia hꝫ facerēt ſicut viri: ꝛ accipiebat ſimilitudinem a beſtijs: in quib⁹ femine ſimilia operantur maſculis: ſed Ariſto. iſtud dicit eſſe incōueniēs nec eſſe ſimile: qꝛ beſtie nihil participant de vita iconomica: in qua quidem vita mulieres habent quedam ꝓpria opa quib⁹ oꝫ eas intēdere ꝛ abſtinere ſꝑ ab opib⁹ ciuilib⁹.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Periculoſa eſt inſuꝑ magiſtratuū conſtitutio quā ſic facit Socrates vt ſemꝑ ſint ijdē. at hoc ſeditionis eſt cā ēt apud illos: q nullā poſſident dignitatem: quid ergo apud bellicoſos ꝛ animoſos viros? Quod aūt ſibi neceſſariū ſit eoſdē ſemꝑ magiſtratus facere pꝫ. Nō eniꝫ alioꝝ modo: ꝛ modo alioꝝ miſcet̃ animis diuinū illud aurū: ſed ſemꝑ eiſdē. Inquit autē quibuſdā ſtatim a genitura aurum miſceri: quibuſdam argentū: es v̄o ꝛ ferrū illis: qui artifices futuri ſunt: aut agricole.

¶ Oſtendit inſufficientiam quantuꝫ ad principes: ꝛ dicit ꝙ nō eſt ſecurum ciuitati ꝙ hoc mō inſtituant̃ principes ciuitatis ſicut Socrates inſtituebat. Ordinauit eniꝫ q᷑ ſꝑ manerent ijdem principes: qḋ quideꝫ ſemper fuit cauſa ſeditionis: etiaꝫ apud hōies non magni valoris: ꝛ multo magis apud homines animoſos ꝛ bellicoſos: q nō poſſunt de facili pati ꝙ ipſi ſemper ſubijciant̃: ꝛ alij principentur. Et ſubiungit cauſaꝫ quare Socrates inſtituebat ꝙ ſemꝑ eſſent ijdem ꝓncipes. Dicebat eniꝫ ꝙ ſicut in q̄buſdā mineris terrarū inueniſtur aurū: in quibuſdā argentū: in quibuſdā v̄o ferrū: aut erāta in animabus quorundā hominū qui abundant in ſapientia ꝛ virtute eſt aurū quos iuſtum eſt principari. In quibuſdā v̄o argentū q ſunt ſcḋi gradus. In quibuſdā vero q nō ſunt perfecti ad ſapiaꝫ ꝛ virtuteꝫ: inueniſtur quaſi es aut ferrū: ꝛ tales ſꝫ ipſuꝫ debent fieri agricole ꝛ artifices. Manifeſtū eſt aūt ꝙ iſtud nō cōmutatur: ita ꝙ quādoqꝫ iſtis hoībus ſit inditū auruꝫ: ꝛ q̄nqꝫ aliud: ſed ſēꝑ eiſdem. Uñ ſequitur ꝙ ijdem principentur.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea cuſtodibus felicitatē auferens totam inquit ciuitatem facere beataꝫ oportet legiſlatoreꝫ. At impoſſibile eſt totaꝫ eſſe beataꝫ: niſi aut plurimi: aut oēs partes: aut quedā habeant felicitatem. Nō eniꝫ eorūdem eſt felicitas quorum ꝛ pars: naꝫ pars recipit toti exiſtere: ꝛ ſi nulli partium ad felicitateꝫ impoſſibile. Quod ſi cuſtodes nō erunt felices: qui tandē alij? non enim artifices quidem: neqꝫ vulgus. Illa igitur reſp. de qua Socrates locutus eſt has ꝯtinet difficultates: ꝛ al's his nō minores.

Oſtendit inſufficientiaꝫ quantū ad cōem ciuitatis felicitatem. Dicebat enim ſocrates: ꝙ legiſlator dꝫ ad hoc attendere ꝙ faciat totā ciuitateꝫ felicem: ꝛ quantum ad opera virtutis: ꝛ quantū ad exteriora bona: cū tñ Socrates per ſuam legem auferret a ſingulis ciuibus felicitateꝫ: qꝛ volebat ꝙ non haberent aliquid proprium nec in poſſeſſionibus: nec in mulieribus: nec in filijs: que q̇deꝫ pertinent ad felicitatem tanq̄ organice deſeruientia: vt dr̄ in pmo ethicoꝝ. Hoc aūt eſt īpoſſibile: ꝙ tota ciuitas ſit felix: niſi vel omnes vel plures partes ciuitatis felicitatē habeant. Nō enim eſt felicitas ciuitatis ſicut numerus par ꝛ alia ſimilia. Partes enim numeri paris quādoqꝫ ſunt impares: ſicut partes ſenarij ſunt duo trinarij. Et preterea ſi cuſtodes ciuitatis non ſunt felices: qꝛ alij erunt felices ad hoc ꝙ in eis felicitas ciuitatis ſeruari poſſit: nō enim poteſt dici ꝙ agricole ꝛ mercēnarij ſint felices qui ſunt infimi in ciuitate. Nō enim felicitas que eſt optimū ciuitatis pōt ſaluari in infima eius parte. Ultimo aūt epilogando cōcludit ꝙ cōuerſatio politica ciuitatis de qua Socrates dixit hꝫ ꝓdictas dubitationes: ꝛ quaſdā alias non minores ꝓdictis.

FErme autem ſilr̄ circa leges quoqꝫ ſe habet poſtea ſcriptas. Quapp ꝛ de illa reip. parte cogitare parum melius erit. Eteniꝫ in rep. de paucis admodū determiauit Socrates: vt de mulierū ꝛ natoruꝫ communitate ꝛ de rebus poſſeſſis ac de inſtitutione reip. Lec. VI.

¶ Poſtq̄ philoſophus improbauit poſitionē Socratis de cōmunitate mulierum ꝛ pueroꝝ ꝛ poſitionū qḋ ponebat quaſi principale in ſua politica: hic inquirit de alijs conſequentibus legibus: ꝛ primo narrat eas. Scḋo diſputat cōtra eas: ibi. (Superfluū ḡ ꝛc.) circa pmū duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Scḋo ꝓſequit̃ intentuꝫ: ibi. (Diuiſit enim ꝛc.) Dicit ergo primo: ꝙ ſicut hꝫ multas dubitationes lex de cōitate mulierū etiā poſſeſſionū: ita etiam ꝛ alie eius conſequentes leges: ꝛ ideo melius eſt q᷑ de tota eius politica aliqua pauca hic dicantur: qꝛ de paucis in ſua politia determinauit Socrates. ſ. de cōitate vxorum ꝛ filioꝝ ꝛ poſſeſſionis quō debeāt ſe hr̄e: ꝛ ſuꝑ hoc determinauit ordinē politice ꝯuerſationis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Diuiſit enim in duas partes multitudinē habitātiuꝫ in agricolas ꝛ ꝓpulſatores belli. Tertiā ex his fecit eos: qui conſultāt ac deliberant ꝛ in quibus ſumma reip. conſiſtit auctoritas. Agricole v̄o ꝛ artifices: vtrum nullius magiſtratus an alicuius participes ſint: ꝛ vtrum arma poſſidere debeant: ꝛ vna pugnare nihil determinauit: ſꝫ mulieres cenſet vna pugnare debere: ac diſciplinam hr̄e eandē: quā cuſtodes. Cetera v̄o extraneis peregit ſermonibus.

¶ Recitat ea que Socrates dixit de ordine politie: nā de cōmunitate ſatis ſupra dictū eſt: ꝛ pmo quātū ad ptes ciuitatis. Scḋo quātū ad diſciplinā ciuiuꝫ: ibi. (Et de diſciplina cuſtodū ꝛc.) Circa p᷑ q̄tuor dicit: quoꝝ pmū eſt ꝙ Socrates totā multitudinem habitantiū ciuitatē diuidebat in duas partes: quarū vna erat agricolaruꝫ ꝛ artificū

alia vo erat viroꝝ bellatoꝝ: addebat aũt ⁊ tertiaꝫ pteꝫ: ſalicet cōſiliũ ⁊ principes ciuitatis. Scđo dicit ꝙ Socrates dicere de agricolis ⁊ artificibus vtꝝ debeant aliqueꝫ principatum habere: ⁊ vtrum etiam debeant aliquo mō pugnare vel nō omiſit. Tertio dicit ꝙ Socrates exiſtimauit ꝙ oportebat mulieres bellare: ⁊ alia ſimilia facere viris. Quarto dicit ꝙ alias quidē partes ſue politice impleuit multis ſermonibus extraneis: qui non pertinebāt ad mām politice: interponens multa de nālibus ⁊ de alijs ſcientijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ď diſciplina cuſtodũ qualeꝫ eſſe illā oporteret. Legum auteꝫ maxima quidē pars leges exiſtũt. Pauca vero de rep. dixit ꝙ dũ pergit cōioneꝫ facere: paulatiꝫ circũagit in aliaꝫ rēp. Preter cōitatem enim mulierum ⁊ reruꝫ poſſeſſarum cetera eadem vtriſqꝫ attribuit: naꝫ ⁊ diſciplinam eandem: ⁊ abſtinentes viuere ab opibus neceſſarijs: ⁊ de cōmeſſationibus eodem mō: preterqꝫ qď hic exiſtimat mulierum quoqꝫ comeſſationes eſſe debere: ⁊ hāc mille hñtiũ arma: illā vo quattuor milium.

¶ Narrat qđ Socrates dixit de diſciplina ciuitatis: ⁊ circa hoc tria facit. Primo dicit in cōi ꝙ Socrates dixit de diſciplina ciuitatis: q° opꝫ aliquā diſciplinā hr̃e. Scđo ibi. (Leguꝫ aũt ⁊c̃.) ponit ea in qbus ꝯueniebat cũ alijs polit̃ijs: ⁊ dicit ꝙ magna pars legũ quā Socrates ponebat ſunt leges que mō in ciuitatibus obſeruant̃. Cuꝫ eniꝫ ipſe dixerit de politia. i. ꝯuerſatione ciuitatis: ⁊ induxerit quādam maiorem cōitateꝫ in ciuitate ꝙ ſit ꝯſuetuꝫ: paulatiꝫ inſtituendo leges deueniebat ad alterā politiaꝫ: que nunc obſeruat̃: qꝛ preter cōioneꝫ mulierum ⁊ poſſeſſionis que erat ꝓpria ſue politie oīa alia tradidit: que poſſint eſſe cōia ambabus politijs. ſ. ⁊ illi que obſeruat hāc cōitatem: ⁊ illi que nō obſuat. Eandē eniꝫ diſciplinā dixit eſſe vtroꝝqꝫ: puta ꝙ hoīes viuerent de neceſſarijs operibus cũ quadā moderātia ⁊ abſtinentia: ⁊ ꝙ facerent quedam ꝯuiuia in ciuitate ad maiorem ciuium familiaritatem: que etiam apud alias ciuitates obſuabant̃: quāuis oportuiſſet ꝙ inſtituerent multo differenteꝫ diſciplinam: vt ſupra dictuꝫ eſt. Tertio cũ dicit. (Preterqꝫ ꝙ hic ⁊c̃.) narrat quedam ꝓpria que Socrates ponebat: quoꝝ vnuꝫ erat: ꝙ fierēt etiam conuiuia mulierum: ⁊ nō ſolum viroꝝ. Aliud auteꝫ erat ꝙ determiabat numerũ bellatoꝝ. ſ. ꝙ ī ciuitate eēnt ad minus mille arma portātes: ⁊ ad plus quattuor milia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Supfluum ergo quiddā ⁊ cōptũ ⁊ nouũ ⁊ dubitatiuum oēs Socratis habēt ſermones: ſed cuncta recte forſan difficile.

¶ Obycit cōtra pdicta alia que ſocrates inducebat: ⁊ pͥmo obycit cōtra diſciplinam legum. Scđo cōtra ordinē partiuꝫ ciuitatis: ibi. (Tota vo ꝯſtitutio ⁊c̃.) Circa pͥmũ duo facit. Primo ꝓponit qď intēdit. Scđo manifeſtat ꝓpoſitum: ibi. (Nam etiam multitudo ⁊c̃.) Dicit ergo pͥmo ꝙ ſmones Socratis hñt aliquid ſuperfluum inquātum replet ſuam politiam extraneis ſermonibus: ⁊ comptuꝫ inquantum erant inſufficientes rationes: ⁊ ſine expientia ꝑlate: ⁊ nouum inqꝫtuꝫ erat ꝯtra cōem ꝯſuetudinem: ⁊ erat qōnibus plenũ per multas difficultates ꝯtītes: ⁊ ꝙ in oībus bene diceret difficile eſt aſſerere. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Nam etiam multitudo illa de qua nunc dicebatur latere non opꝫ cum tanta ſit: qꝛ Babylonia aut alia qͣdam infinita regione indigebit: ex qua ocioſoꝝ qnqꝫ milia cuꝫ mulierũ ac miniſtrantiũ multiplici turba alantur: ſuppoſitiones qdem ſunt pro arbitrio faciēde: nō tamen impoſſibiles. Dicitur aũt debere legiſlatorem ad duo reſpicere in ferēda lege: ad regioneꝫ ⁊ hoīes: addendũ eſt ⁊ ad vicina loca: ſi oꝫ ciuiliter viuere ciuitatem. Nō ſolũ eniꝫ neceſſariũ eſt ipſaꝫ talibus vti ad belluꝫ armis: que vtilia ſint in ſua regione: verũetiā que in aliena. Qď ſiqs hꝰ non recipit vitam neqꝫ priuatim: neqꝫ publice: nihilominus tñ opꝫ terribilem eſſe hoſtibus non venientibus ſolum in regioneꝫ: verumetiam abeuntibus.

¶ Manifeſtat qď dixerat: ⁊ primo improbat dicta Socratis quātum ad menſuraꝫ quam ciuitati imponebat. Scđo quantuꝫ ad diſtinctionem: ibi. (Sunt q dicant ⁊c̃.) Circa primum duo facit. Primo improbat dictuꝫ eius quātum ad numerũ bellatorũ. Scđo quātũ ad quātitatē poſſeſſionis quā taxabat: ibi. (De mō ⁊c̃.) Dicit ergo pͥmo: ꝙ ſiqs ꝯſideraret predictam multitudinem bellatoꝝ quā Socrates inſtituebat in ciuitate manifeſte apparet ꝙ ciuitas talis indigebit maxima latitudine camporum: ſicut eſt circa Babyloniā: vt nutriantur exinde quinqꝫ milia bellatoꝝ: qui nihil aliud operentur: ⁊ preter eos multo maior alia turba ⁊ mulierũ ⁊ famuloꝝ: ⁊ ſm hoc opꝫ ꝙ ille qui taleꝫ ciuitatem inſtituit habeat multitudinem camporũ ad votum: qď tñ nō eſt impoſſibile. Sed tñ hoc ꝯſiderandũ ꝙ ille qui debet legem in ciuitate ſtatuere non oꝫ ſtatuere legem ſm illud quod cogitat qď ſit poſſibile: ſed reſpiciēdo ad ea que ei exiſtunt: ⁊ precipue qdem ad duo. ſ. ad regionem: vt nō cōſtituat maiorem ciuitatem ꝙ regio illa paſcere poſſit. Et iterũ ad homines vt ꝯueniant leges hoībꝰ ſm eoꝝ conditiones. Tertio aũt eſt apponendũ vt ponat leges reſpiciendo ad loca vicina: ⁊ hoc quidē primo eſt neceſſarium ſi ciuitas oꝫ habere vitam nō ſolitariā: ſed politicam: ad eſt cōem cum multis alijs ciuitatibus cũ quibus ſocietatem habeat nō ſolũ in pace ſed etiam in bello: quia talem ciuitatem non ſolũ neceſſariũ eſt vti talibus armis ad bellum ⁊ in tanto numero ſꝫ ꝙ vtile eſt ad ꝓpriaꝫ regionē: ſed etiam in exterioribus locis: in quibus cōuerſantur vel hoſtes vel amici. Scđo autem ſiquis nō approbet vitam bellicoſam: neqꝫ vt ꝓpriaꝫ alicuius hoīs neqꝫ vt cōmunem totius ciuitatis: nihilominus tñ quātuꝫ ad hoc oꝫ ciues eſſe armatos ⁊ bellicoſos: vt ſint terribiles inimicis nō ſolũ cũ venerit in regionē: ſed etiam qñ diſcedunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De mō quoqꝫ rerũ poſſidendaruꝫ videndũ eſt: ne forſan melius ſit aliter diffinire ⁊ clariꝰ. Tantas inqt poſſidere opꝫ vt modeſte viuat̃ perinde ac ſi dicat vt bene viuatur: veruꝫ hoc eſt minꝰ gnāle. Et eſt tēperate viuere: erũnoſe tamen: at melius eſt dicere modeſte ⁊ liberaliter: ſeparatim eniꝫ vtrũqꝫ: alterum eniꝫ luxurie accōmodabitur: alteruꝫ difficultati: cum ſole hꝰ virtutes habitus ſint circa vſuꝫ facultatum noſtrarum: puta patrimonio manſuete vel fortiter vti non dicimur: at modeſte ⁊ liberaliter dicimur: quare neceſſarium eſt circa illud iſtas verſari virtutes.

¶ Improbat

¶ Improbat poſitioné Socratis quantum ad menſuram
poſſeſſionum quá in ciuitate ſtatuebat: ⁊ circa hoc duo fa/
cit. Primo improbat menſurationé poſſeſſionũ a Socra/
te poſitá ſm ſe. Scđo quátum ad hoc ꝙ pretermiſit men/
ſurá generationis: ibi. (Abſurdũ quoqꝫ ⁊c̃.) Circa pᷓmum
ponit duas rõnes. Dicit ergo pᷓmo: ꝙ opꝫ ꝯſiderare ne for/
te alio mõ poſſit planius determinari quátitas poſſeſſio/
num: quas ciuitas dꝫ cõiter habere: ꝙ̃ Socrates determi
nauerat. Dicit eniꝫ Socrates ꝙ táta dꝫ eſſe poſſeſſio ciui/
tatis: vt ex ea poſſint ciues viuere temperate: ſꝫ planius di
ceretur ſiquis diceret ꝙ tanta dꝫ eſſe poſſeſſio ciuitatis: vt
ex ea viuatur bñ: hec enim determinatio eſt magis vtilis:
eo ꝙ plura in ſe comprehendit bñ viuere ꝙ̃ temperate vi
uere. ¶ Scđam rõnem ponit: ibi. (Et eſt téperate viuere
erumnoſe ⁊c̃.) Et dicit ꝙ cõtingit aliqué temperate viue/
re qui tñ miſere viuit: ideſt cum magna penuria. Et ſic pꝫ
ꝙ predicta determinatio Socratis nõ ſufficit: ſed melior
determinatio eſt vt dicaꝛ ꝙ tanta dꝫ eſſe poſſeſſio: vt viua
tur temperate ⁊ liberaliter. Si enim alterũ eoꝝ ſeparatiꝫ
dicatur: ſequetur incõueniens. Ex vna enim pte ſi dicatur:
ꝙ debeant viuere liberaliter: ſequeꝛ ꝙ hõ in ſupfluis deli
tijs viuat. Ex alia võ pte ſi dicatur ꝙ dꝫ viuere téperate
ſequetur: ꝙ poſſit hõ viuere cuꝫ penuria ⁊ labore. Et iõ ad
excludendũ vtrunqꝫ incõueniés: opꝫ dicere temperate ⁊
liberaliter. ⁊ hec determinatio ſufficit: qꝛ ſole he due virtu
tes faciunt hominé bene ſe hẽre circa vſuꝫ ſubſtátie: ideſt
poſſeſſionis. Et hoc pꝫ in alijs virtutibus. Nõ eniꝫ poteſt
dici ꝙ aliquis vtatur ſua poſſeſſione manſuete aut forti/
ter. Máſuetudo eniꝫ eſt circa iras: ⁊ fortitudo circa timo
res: ⁊ audacias: ⁊ ſic in nullo reſpiciunt vſum poſſeſſionũ:
ſed temperantia que eſt circa cõcupiſcentias ciboꝝ: ⁊ ve/
nereoꝝ: ppter quas multi conſumunt ſuaꝫ ſubſtantiam: ⁊
liberalitas que eſt circa donationes ⁊ acceptiones mani
feſte reſpiciunt vſum poſſeſſionis. Unde põt dici q᷑ aliqs
vtatur ſua poſſeſſione temperate: ⁊ liberaliter. Uñ cũ per
vtrũqꝫ iſtorum tollatur omne inconueniens circa vſum
poſſeſſionum: neceſſariuꝫ eſt circa ipſas eſſe ſtudioſos: ſcꝫ
temperantie ⁊ liberalitatis. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Abſurdũ quoqꝫ eſt cũ facultates adequerit:
de ciuiũ mltitudine nihil determinare: ſꝫ inde/
finitaꝫ relinquere multitudinem filioꝝ. Quaſi
ſufficienter adequatá ppter ſterilitates vbicũ/
qꝫ ꝯtingat: qđ vꝛ nũc quoqꝫ euenire in ciuitati
bus. Sed opus eſt vt aliam certitudiné tũc ha
beat ꝙ̃ nũc. Nam nũc qdem nemo dubitat ex
eo qꝛ in ſingulos diuiſe ſunt facultates in quá/
tacũqꝫ multitudine. Tũc võ cum ſint indiuiſe
neceſſe eſt diſpares nihil habere: ſiue paucio/
res ſint multitudie ſiue plures. Magis aũt pu
taret qs oportere determinatũ eẽ modũ pcreá
doꝝ filiorũ ꝙ̃ facultatũ: vt nõ plures ꝙ̃ deter/
minatũ ſit pcreari oporteat. Et numerus diffi
niendus eſt reſpectu habito ad fortunas: ſi cõ/
tingat decedere aliquos: ⁊ ad defectũ procreá
di ceterorũ. Pretermittere autem id vt in ple/
riſqꝫ ciuitatibus: neceſſe eſt egeſtatis ſit cauſa
ciuibus. Egeſtas võ ſeditiões: ⁊ delicta parit.

¶ Improbat poſitioneꝫ Socratis ex hoc ꝙ determinans
quátitatem poſſeſſionuꝫ non determinabat quátitaté ge/
nerationis: ⁊ circa hoc ſex facit. ¶ Primo quideꝫ ppoſit
eſſe incõueniés id quod Socrates dicebat: ⁊ dicit q᷑ incõ
ueniens eſt ꝙ aliquis velit poſſeſſiones ciuitatis adequa
re: ideſt ad certam quátitatem reducere: ⁊ cũ hoc non inſti
tuat aliquid ad determinandũ multitudineꝫ ciuium: ſed
pmittat gñatioé ciuiũ in infinitũ fieri: ſicut Socrates fa
ciebat. ¶ Scđo. ibi. (Quaſi ſufficiéter ⁊c̃.) ponit rõnem
que mouebat Socratem: cõtingit eniꝫ in ciuitate multas
mulieres eſſe ſteriles: ⁊ ita lꝫ alijs mulieribus generanti/
bus multos filios: tñ ſemper ꝯſeruabitur eadé multitudo
ciuitatis: ſicut nunc videmus in ciuitatibus euenire. Et p
pter hoc Socrati nõ videbatur neceſſariuꝫ ꝙ circa gene/
rationem filioꝝ aliqd taxareꝛ. ¶ Tertio qđé: ibi. (Sꝫ
opus eſt ⁊c̃.) oſtendit Ariſtoteles hanc rationé eſſe inſuffi
cientem: qꝛ nunc in ciuitatibus ppter hoc ꝙ poſſeſſiones
ſunt diuiſe vnoquoqꝫ habente ppriam poſſeſſioné: nulla
dubitatio poteſt prouenire ad quátácũqꝫ multitudiné p/
ueniat generatio filiorum: qꝛ vnuſquiſqꝫ filijs ſuis ſtudet
aliquo modo prouidere. Sed tunc cum poſſeſſiones non
eſſent diuiſe inter ciues ſꝫ ordinationem Socratis ſequa
tur ꝙ illi qui eſſent ignobiliores nihil perciperent de fru/
ctibus poſſeſſionum ſi multiplicarentur: dũmodo illi q
eſſent potentes multiplicareꝛ: dum. ſ. potentes ciuitatis
primo ſibi ⁊ ſuis neceſſaria ſumeréc: ſi eoꝝ multitudo ex/
creſceret. ¶ Quarto: ibi. (Magis auté putaret ⁊c̃.) pro/
ponit ꝙ opꝫ determinare multitudinem circa generatio/
nem filioꝝ: ⁊ dicit ꝙ aliquis põt exiſtimare ꝙ magis opꝫ
determinari generationem filioꝝ ꝙ̃ etiá multitudineꝫ
ſubſtantie: ita. ſ. ꝙ non generentur plures ciues ab aliquo
numero determinato: cui ſufficiant ciuitatis poſſeſſiones.
¶ Quinto: ibi. (Et numerus diffiniédus ⁊c̃.) oſtédit qđ
debeat obſeruari in tali determinatione: ⁊ dicit ꝙ opꝫ de/
terminare multitudineꝫ filioꝝ generandoꝝ reſpiciendo
ad caſus fortuitos: puta ad mortes eoꝝ qui naſcuntur: ⁊ ad
ſterilitateꝫ mulieruꝫ que non cõcipiunt: vt. ſ. tantuꝫ pmit/
tatur ex alia pte ſupereꝛcreſcere gñatoꝝ numerus: vt hõ
defectus fortuiti ſuppleantur. ¶ Sexto. ibi. (Pretermit/
tere aũt id ⁊c̃.) oſtendit ꝙ opꝫ determinari multitudiné
generatoꝝ: ⁊ dicit ꝙ hoc ideo neceſſariuꝫ eſt: qꝛ ſi pmittaꝛ
q᷑ in infinitum hoies generent abſqꝫ aliquo determinato
numero: ſicut cõiter fit in ciuitatibus: ex neceſſitate ſeqꝛ:
ꝙ ex hoc pueniat cauſa paupertatis ciuibus. Multi enim
filij pauperes erunt habentes id ſolum: qđ eoꝝ pater di/
ues habebat: ex paupertate aũt ciuiũ ſeqꝛ ꝙ ſint ſeditioſi
⁊ maligni: qꝛ dũ nõ hñt neceſſaria vite ſtudent ea acqrere
fraudibus ⁊ rapinis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Itaqꝫ Phidon Corinthius vnus ex vetu/
ſtis legũlatoribus familias cenſuit equales p/
manere debere: ⁊ ciuium multitudinem: quá/
uis ſortitiones habebát prius omnes iniquas
ſm magnitudinem: at in his legibus cõtrariuꝫ
eſt. Ueruꝫ de his quéadmodũ ſtatuendũ pu/
temus poſtea erit dicendũ. Omiſſuꝫ eſt etiam
in illis legibus quéadmoduꝫ differát preſides
a ſubiectis. Inquit eniꝫ oportere quéadmodũ
ex alio lane filuꝫ duciꝛ ꝙ̃ lini: ſic ⁊ eos q pſunt
ſe hẽre debere ad eos qui ſubſunt. Cũ võ totá
ſubſtátiá augeri dixerit vſqꝫ ad qncuplũ: qua
re hoc vtiqꝫ non erit in regione vſqꝫ ad aliqđ.
Uidédũ eſt etiá ne edificioꝝ diuiſio nõ pſit ad
rem familiarem. Duas enim cuiqꝫ domos at/
tribuit: at difficile eſt duas habitare domos.

¶ Improbat diſciplinã legũ Socratis quãtum ad diſtinctionẽ: quã in ciuitate faciebat: ⁊ circa hoc quattuor facit. Primo oſtẽdit quõ circa diſtinctionẽ diſcordabat ab alijs legiſlatoribus. Et dicit ꝙ qdã legiſlator Corinthius Phidon noĩe duo dixit eſſe obſeruãda in ciuitate: quoꝝ vnuʒ eſt vt domus antiquoꝝ ciuium ꝑmanerent equales adinuicem in diuitijs ⁊ dignitate: ſi ẽt a ꝑncipio inequales ſortes habuiſſent: quõ autem reduci poſſint ad equalitatem infra dicetur. Aliud eſt vt multitudo ciuium ſemꝑ equalis remaneat: ſed in legibus Socratis ꝯtrium inuenit: qꝛ neqʒ ordinat quõ equalitas multitudinis ciuiuʒ ꝯſeruet̃: neqʒ etiã ſtatuit ꝙ ſint equales diuitie ciuiũ: ſʒ ꝑmittit ꝙ quidã hẽant maiores diuitias alijs: vt poſtea dicet̃. Sed de hoc qd melius ſit: vtrũ. ſ. ꝙ oẽs ciues hẽant diuitias eq̃les vel nõ: poſtea determinabit̃. Scđo ibi. (Omiſſum eſt ꝛc.) improbat legem Socratis quãtum ad diſtinctionẽ principũ. Et dicit ꝙ per leges Socratis nõ fuit determinatum quõ deberẽt diſtingui ꝑncipes a ſubditis: cum tñ ipſe diceret: ꝙ oporteret aliquã diſtinctionẽ eſſe inter eos: vt ſicut ex alia mã fit filũ lane ꝙ̃ filum lini: ita ex alia cõditione oporteret aliquos aſſumi in ꝑncipatũ: ⁊ remanere aliquos in ſubiectione. Non eniʒ poterat eos diſtinguere per originẽ generis: ex quo ponebat pueros ⁊ vxores cões. Tertio ibi. (Cuʒ võ ꝛc.) improbat poſſeſſionẽ Socratis quãtũ ad diſtinctionẽ poſſeſſionũ. Et dicit ꝙ Socrates ꝑmittebat ꝙ in rebus mobilibus diuitie vnius multiplicarentur ſupra diuitias alterius l quincuplũ: ⁊ pari rõne poterat ꝑmittere idẽ in poſſeſſione terre: vt non faceret oẽs agros cões. Quarto ibi. (Uidẽdũ eſt ẽt ꝛc.) improbat diſtinctionẽ Socratis quãtũ ad domos. Et dicit ꝙ opʒ cõſiderare ne forte diſtinctio domoꝝ quã introducebat Socrates ſit vtilis iconomice. Dicebat eniʒ ꝙ quilibet ciuis debebat hẽre duo domicilia forte ꝑꝑ ſeparationẽ filiorũ. Sed hoc eſt difficile: ꝙ aliquis hẽat tãtã familiã ꝙ poſſit inhabitare duas domos: ⁊ ẽt dãnoſuʒ iconomice: vt vnus homo faciat duas expenſas in duabus familijs.

Tota vero conſtitutio vult eſſe neqʒ plebis gubernatio: neqʒ paucoruʒ potentium. Sed horum mediam quaʒ vocant remp. Eſt enim ex his qui arma ferunt. Lec. VII.

¶ Poſtꝙ̃ Ariſto. improbauit poſitionẽ Socratis quãtum ad diſciplinas legum: hic ĩprobat eaʒ ꝗ̃tũ ad ordinẽ ciuitatis. Et ꝑmo ꝗ̃tuʒ ad populum. Scđo quatum ad principes ibi. (Sunt q ꝛc.) Ad euidentiã eoꝝ que hic dñr ꝯſiderandũ eſt: ꝙ ſex ſunt ſpecies ordinationis ciuitatuʒ: vt in tertio dicetur. Omnis. n. ciuitas aut regitur ab vno aut a paucis aut a multis. Si ab vno: aut ille vnus eſt rex aut tyrannus. Rex qdem ſi ſit ṽtuoſus tenens cõem vtilitatem ſubditoꝝ. Tyrannus aũt ſi ſit malus oĩa retorquens ad ſuum cõmoduʒ vtilitate ſubditoꝝ contempta. Si võ regatur ciuitas a paucis: aut illi eligent̃ ꝑꝑ virtutẽ q bonũ multitudinis procurent: ⁊ tale regimen dicit̃ poteſtas optimatũ. Aut eligẽtur aliq pauci ꝓpter potentiã: aut diuitias ⁊ nõ ꝓpter virtutẽ: qui omnia que ſunt multitudinis ad ſuã ꝓpriã vtilitatẽ retorquebũt: ⁊ tale regimen dr̃ ꝑncipatus paucoꝝ. Si võ ciuitas regitur a multis: ſilr ſiquidem regatur a multis virtuoſis: tale regimen vocabit̃ cõmuni noĩe Politia. Nõ aũt ꝯtingit multos inueniri ṽtuoſos in ciuitate: niſi forte ſ̃m bellicam ṽtutẽ: ⁊ ideo hoc regimen eſt: quo viri bellatores in ciuitate dominãt̃. Si võ multitudo populi dominari velit: vocatur plebeius ſtatus. Dic̃ ergo ꝑmo: ꝙ ſ̃ʒ legeʒ Socratis tota coordinatio multitudinis. ſ. ciuitatis neqʒ eſt plebeius ſtatus: neqʒ principatus paucoꝝ: ſed eſt media horuʒ: quã cõi nomine noĩant aliq politiam: ⁊ exiſtit ex his que vtuntur armis. Cũ enim Socrates multitudinem ciuitatis diuideret in duas partes: quarum vna erat pugnatoꝝ: alia artificum ⁊ agricolarũ. Agricolas aũt opʒ in agris manere. Relinqtur ꝙ tota multitudo habitãtium ciuitatem eſſet virorum bellatorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igitur vt cõmuniſſimam oĩuʒ hanc conſtituit remp. recte forſan dixit: ſi vt optimaʒ rẽp. nõ recte. forſan enim Lacedemonioruʒ remp. quis magis probabit: vel aliam quandam magis optimatium.

¶ Et dicit ꝙ ſi ipſe inſtituit talem ordinationem tanꝙ̃ cõmuniſſimã inter alias politias: forte bñ dixit. Naʒ oligarchia eſt ſolum magnorũ: Democratia võ eſt ſoluʒ infimorum: Hec võ politia eſt ex his q ſunt medijs inter vtroſqʒ. vñ cõmunior eſt: vtpote cũ vtriſqʒ participans. Sʒ ſi ipſe inſtituit talem ordinationẽ quaſi optimã poſt ꝑmã: nõ bñ dixit. Primã aũt ordinationẽ dicit regimen: vel qꝛ eſt prima a tempore: a principio enim omnes ciuitates regibus regebantur: vel qꝛ eſt optima: dummodo rex ſit bonus. Poſt hanc autem ꝑmam politiaʒ nõ põt dici: ꝙ politia viroruʒ bellantiũ ſit optima: multo enim melior eſt ꝑncipatus ṽtuoſoꝝ: per quẽ modum regebantur Lacedemonij. vel ſi q alij ciues optimatũ ꝑtãte regunt̃. ¶ Deide cũ dic̃.

¶ Sunt qui dicant optimaʒ remp. ex omni genere gubernationum admixtaʒ eſſe debere: atqʒ ob id Lacedemoniorũ laudant remp. conſtare qdem illam ex paucorum potẽtia. Item ex vno principe ⁊ populari ſtatu ponẽtes regem illoꝝ pro vnius gubernatione. Senatum vero pro paucorum potentia. Ephoros autẽ pro ſtatu populari: quoniam Ephori ipſi ex plebe ſumuntur. alij Ephoratuʒ quidem tyrãnidem putant: ſʒ populariter regi per cõmeſſationes: ⁊ alium quotidianum victum.

¶ Improbat ordineʒ quẽ Socrates in ciuitate ſtatuebat ꝗ̃tũ ad principes: ⁊ circa hoc duo facit. Prĩo ponit poſitionẽ eius. Scđo improbat eã: ibi. (Quas aũt nõ ꝛc.) Circa ꝑmũ duo facit. Prĩo ꝓponit qđ expedit in ciuitatibus ꝯmiſceri ꝑdicta regimina. Scđo oſtẽdit q̃liter Socrates cõmiſcebat: ibi. (Sed i ꝛc.) Dicit ergo ꝑmo ꝙ quidã dñt ꝙ optimũ regimen ciuitatis eſt qđ eſt quaſi ꝯmixtum ex oĩbus ꝑdictis regiminibus. Et huius rõ eſt. quia vnũ regimẽ temperat̃ ex admixtione alterius: ⁊ minus dat̃ ſeditionis mã: ſi oẽs habeant ꝑtem in ꝑncipatu ciuitatis: puta ſi in aliquo dñetur populus: in aliquo potentes: in aliquo rex: ⁊ ſ̃ʒ hoc maxime laudabit̃ ordinatio ciuitatis Lacedemonioꝝ: de qua tñ erãt due opiniones. Quidam enim dicebant eã cõponi ex tribus ciuilitatibus paucoꝝ ꝑtãte: ex vno principe: populari ſtatu. Hẽbant eniʒ in ciuitate regem. hẽbãt etiaʒ ſeniores quoſdaʒ ex maioribus ciuitatis aſſumptos: hẽbant ẽt quoſdã principes q eligebant̃ ex populo: ⁊ vocabãtur Ephori. i. puiſores. Alioꝝ ãt opinio fuit ꝙ ꝑncipatus ephoroꝝ ꝑtineret ad tyrãnidẽ: qꝛ pro voluntate dominabant̃. Sʒ erãt in ciuitate alij ꝑncipatus: qui diſponebant de cõuiuijs cõibus ⁊ de alijs pertinentibus ad quotidianã vitam ciuitatis: puta de victualibus ⁊ alijs rebus venalibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed in

¶ Sed in his legibus dictum eſt: optimā rēp. ex plebeio ſtatu conſtare debere: ac ex tyrānide.

¶ Oſtendit quō Socrates cōmiſcebat ſuam politiā: ⁊ dicit ꝙ in legibus Socratis dictū eſt ꝙ optima politia dʒ cōponi ex tyrānide ⁊ plebeio ſtatu: forte ꝓpter hoc vt potentia populi refrenaret̃ per potentiā tyrāni: ⁊ iterū potētia tyrāni refrenaret̃ ꝑ potentiā populi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quas aūt non reponat quis inter ſpecies rerump. aut deterrimas omnium eſſe fateatur. Melius ergo dicunt qui plures commiſcent. Nam que ex pluribus ꝯſtat reſp. melioꝛ eſt.

¶ Improbat quātū ad hoc Socratis dictū. Et p̊mo oſ̄dit hanc ordinationē ſʒ ſe indecentem eſſe. Scdo oſ̄dit ꝙ ea que ſtatuebat nō erant conuenientia huic cōmixtioni: ibi. (Deinde nihil ⁊c̃.) Dic̃ ḡ p̊mo ꝙ p̄dicte due politie. ſ. tyrannus ⁊ plebeius: vel nō ſunt dicende politie: qꝛ non ſequuntur ordinē rōnis: ſed īpetū volūtatis. vel ſunt dicende peſſime inter oēs. Vn̄ incōueniēs eſt ꝙ ex peſſimis politijs cōponat̃ optima politia. multo igitur melius faciunt illi qui ex pluribus politijs ꝯmiſcēt ordinationē ciuitatis: quanto enim eſt ex pluribus cōmixta: tanto melioꝛ eſt: qꝛ plures hn̄t ꝑtem in dn̄io ciuitatis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Deinde nihil videt̃ hr̄e ex vnius gubernatione: ſʒ ex paucoꝝ potētia ab populari ſtatu. Verū ad paucoꝝ potentiam inclinare magis.

¶ Improbat dictum Socratis quātū ad hoc. q: ea q̄ inſtituebat nō cōueniebāt ꝯmixtioni p̄dicte: ⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ ea q̄ ſtatuebat Socrates nō conueniebant p̄dicte cōmixtioni. Scdo ꝙ erāt ſʒ ſe ꝑiculoſa: ibi. (Habet ēt ⁊c̃.) Circa p̊m̄ tria facit. Primo ꝓponit qḋ intēdit. Scdo manifeſtat ꝓpoſitū: ibi. (Qḋ pʒ ex ⁊c̃.) Tertio oſ̄dit quō p̄dicta cōmixtio fieri poſſet: ibi. (Qḋ igit̃.) Dicit ergo p̊mo: ꝙ cū Socrates vellet cōmiſcere politiā ex plebeio ſtatu ⁊ tyrannide: que eſt monarchia qdā: ſi qs cōſideret ea q̄ ipſe ſtatuit nihil eſt ibi ꝑtinēs ad p̊ncipatū vnius: ſʒ oīa ſunt ꝑtinētia ad potētes vel populū: ſʒ magis declinat ſua ordinatio ad paucoꝝ ptātē. ¶ Deīde cū dic̃.

¶ Qḋ pʒ ex magiſtratuum creatione. Nā ꝙ ex delectis ſortitio fiat: cōmune eſt vtriqʒ: ſʒ ꝙ neceſſe ſit ditioꝛes concionē hr̄e ⁊ magiſtrat⁹ creare. Vel alios qdpiā hi⁹ publicoꝝ negocioꝝ facere. alios v̊o preteriri: id paucoꝝ potētie eſt.

¶ Oſtendit ꝓpoſitū: ⁊ primo circa electionē p̊ncipū. Scdo circa electionē conſilioꝝ: ibi. (Inſuꝑ ⁊c̃.) Dicit ergo ꝙ hoc qḋ dictū eſt manifeſtū eſt ex inſtitutione p̊ncipū: quā Socrates determinat. Dicit eniʒ ꝙ debebāt aliq eligi ex qbus ꝑ ſortē aſſumerent̃ p̊ncipes: ⁊ hoc cōe erat ⁊ plebeio ſtatui ⁊ potentie paucoꝝ: qꝛ iſti electi erāt ⁊ de populo ⁊ de maioꝛib⁹: ſʒ qdā alia inſtituebat ꝑtinētia ad potētiā paucorū. ſ. ꝙ ad diuites ciuitatis ꝑtineret ꝯuocare multitudinē: ⁊ ꝙ ipſi deferrēt p̊ncipes electos ad populū: ⁊ oīa hō que ꝑtinebant ad cōmunitatē ciuitatis volebat fieri ꝑ diuiſiones. ⁊ in his alios admittebat. Silr̄ ēt potētia paucoꝝ erat ꝙ volebat plures p̊ncipes fieri ex diuitib⁹: ⁊ in maioribus officijs conſtitutos. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Inſuꝑ conari vt plures ex diuitibus ad dignitates ſumant̃: ⁊ ad maximas quidē ex maximo cēſu paucoꝝ potētia eſt: ⁊ ſenatus aſſumptio. Aſſumunt̃. n. cūcti ex neceſſitate: ſed ex primo cēſu: poſtea totidem ex ſcdo: poſtea ex tertio. Verū non oēs neceſſe erat ex tertio vel quarto aſſumi: ex quarto aūt q̄rtoꝝ ſolis neceſſe eſt primis ⁊ ſcdis. Poſtea ex his equalē ex ſingulis cēſibus numerū eſſe ſumēdū inqt. Erūt itaqʒ plures ⁊ potētioꝛes qui ex maximo cenſu ſumuntur. Propterea qꝛ ex plebe quidā non ſumuntur: quia neceſſe non eſt.

¶ Dicit quō in electione conſiliarioꝛum declinabat ad ptātem paucoꝝ: ⁊ dicit ꝙ ſʒ Socratē ciues diſtinguebantur per quattuoꝛ gradus: ⁊ ex oībus gradibus aliq erant q eligebant conſiliarios: ſed oēs q erant de p̊mo cenſu ex neceſſitate cogebant̃ ad eligēdū. illi v̊o q erant ex ſcdo non oēs eligebant: ſed aliq equales numero p̊mis: ⁊ tn̄ iſti ēt ex neceſſitate cogebant̃ eligere. Deinde ex tertio gradu eligebātur aliqui equales: ⁊ ſilr̄ ex q̄rtis: ſed tn̄ nō erat neceſſariū ꝙ oēs q eligebant̃ ex tertijs vel quartis eligerēt: ſʒ ex q̄rto gradu q erat quartoꝝ nllus poterat eligere ꝯſiliarios: niſi illi q erāt de p̊mo ⁊ ſcdo gradu: ⁊ ita dicebat Socrates ꝙ equalis numerus ꝓueniebat de quolibet gradu ciuitatis: ſed hoc nō eſt neceſſariū: qnimo ſemꝑ erunt plures ⁊ melioꝛes ex maximis cēſibus. Et ſic populares nō oēs eligēt cū nō habeāt neceſſitatē eligēdi. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Qḋ igit̃ nō ex gubernatione plebis ac vnius principatu cōſtabit h⁹ reſp. ex his pʒ. Patebit etiā poſtea cū de ea ſpecie reſp. tractabimus.

¶ Dicit ꝙ ex his que dicta ſunt poteſt eſſe manifeſtū q̄lr oporteat inſtitui remp. ex gubernatione plebis ac vnius principatu. ⁊ iterum ex his que dicentur poſterius qn̄ incidet ꝯſideratio de rep. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Habʒ ēt circa magrātuū creationē delectoꝝ delectum ꝑiculoſuʒ. Nā ſi aliq ꝯſpirare velit ēt mediocri numero: ſemꝑ ſm̄ hoꝝ voluntatē fiet aſſumptio. In legib⁹ igit̃ illa reſp. ita ſe hʒ.

¶ Oſ̄dit ꝙ electio p̊ncipuʒ quā Socrates inſtituebat eſt ꝑiculoſa. Et dicit ꝙ ꝑiculoſuʒ eſt ciuitati quā Socrates inſtituebat circa electionē p̊ncipū vt. ſ. ex aliqbus electis aliq electi eligerent̃. Illi eniʒ p̊mi electi ex qbus eligunt̃ p̊ncipes ſunt pauci reſpectu toti⁹ multitudinis ciuitatis: ⁊ iō facilius erit eos ꝑuertere q̄ totā multitudinē. Vn̄ ſi ſint aliq qui velint ſemꝑ inſtitui in p̊ncipatu ēt ſi ſint mediocres in multitudine ſemꝑ ad hoꝝ voluntatē eligent̃ p̊ncipes: qꝛ mutuo ſe eligent ⁊ mutuo ſibi ſuccedent in p̊ncipatibus. Ultimo epilogādo ꝯcludit: ꝙ ea que ſunt in legibus circa rēp. Socratis hn̄t p̄dictum modum.

Sunt v̊o ⁊ alie quedā reſp. tum idiotarum: tum philoſophoꝝ ⁊ in adminiſtratione ipſarū verſantium. Oēs aūt he ꝓpinquioꝛes ſunt illis ſʒ quas nunc regūt q̄ʒ iſte due. Nullus eni neqʒ de cōitate filioꝝ: neqʒ de mulieribus talem aliquā introduxit nouitatem. neqʒ etiam de feminarum comeſſationibus: ſed a neceſſarijs magis incheoauit. Lec. VIII.

¶ Poſtq̄ phs diſputauit de politia Socratis ſiue Platonis: hic ꝓſequit̃ de politia cuiuſdā q Phaleas dicebat̃. Et circa hoc tria facit. Prio narrat ei⁹ ordinationē. Scdo approbat eā quātū ad id ꝙ hn̄ dicebat: ibi. (Qḋ igit̃ ⁊c̃.) 3° īprobat

tam quantum ad id in quo deficiebat. ibi (Sedeſſe equa liter &c.) Circa primū duo facit. Primo cōparat illam politiam ⁊ ſequentes ad precedentem ordinationem Socratis vel platonis. Scdo enarrat ipſius politie ordinationem. ibi (Videt qbuſdā &c.) Dicit ergo primo ꝙ preter predictas politias Socratis vel Platonis ſunt et quedā alie politie .i. ordinationes ciuitatū: quarū quedā ſunt ab idiotis ⁊ illiteratis inuente: quedā vero ſunt adinuēte a phis ⁊ a quibuſdā hoībus q fuerūt prudētes ⁊ experti in ciuili conuerſatione. Et earū quedā ſunt conſtitute tanti a ſuis actoribus: ita eſt ꝙ in nulla ciuitate obſeruant: quedā vo ſunt ſm quas aliqui ciuitates conuerſantur. Oēs aūt hē politie propinquius ſe hñt adinuicem: ⁊ ad id qđ eſt cōuenīēs ciuitati ꝙ ambe predicte politie Socratis vel Platonis: quarū prima ſupra poſita eſt de cōmunitate mulierū filioꝝ ⁊ poſſeſſionum. Alia vo poſterius de legibus ab eo ſcripta. Nullus enim alius legiſlator adinuenit neqꝫ cōmunitatē filioꝝ ⁊ vxorum qđ pertinet ad primā politiā Socratis: neqꝫ ordinauit aliqd circa conuiuia mulierū qđ ptinet ad ſcdā: vt ex predictis patet: ſed incipiūt ordinare ciuitatē ab his que ſūt magis neceſſaria. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videtur qbuſdā maximū: vt de patrimoniis recte conſtituatur. Nam hinc ſeditiones oriri cunctas aſſerunt.

¶ Narrat politiā quā Phaleas ordinauit: ⁊ circa hoc quattuor facit. Primo oſtēdit ad qđ plurimi legiſlatores intenderent. Et dicit ꝙ qbuſdā legiſlatoribus viſum eſt maxīe neceſſariū eſſe ꝙ bñ ordinet de ſubſtātijs .i. de poſſeſſionibus ciuiū: qꝛ ex his pcipue oriunt oēs ſeditiones ciuitatū: quas pncipalr legiſlatores remouere itēdūt. ¶ Deide cū dic.

¶ Quāobrem Phaleas carthaginenſis añ oia de hac parte ꝯſtituit. Inqt enī patrimonia ciuiū equalia eſſe debere. Hoc aūt pfacile factu eſſe ſi ſtatim ab ipſa cōditione ciuitatis puiderēt. Poſtꝙ vo cōdita foret difficilius qdem: attamē ſatis mature adeqri poſſe: ſi diuites dotes dēt: nec accipiāt. Paupes aūt ꝯ accipiant dotes ⁊ non tradāt. Plato aūt in legibus ſuis vſqꝫ ad aliqd cēſuit eſſe pmittēdū. Naꝫ ſupra quincuplū eius qđ foret minimū nemini licere ciuiū poſſidere vt prius diximus. Sꝫ oꝫ ne id quidē lateꝫ legiſlatorē qđ certe nūc latet: ꝙ qui patrimonio modū imponit: dꝫ ēt filioꝝ numero modū iponere. Nā ſi excedat multitudo filioꝝ patrimonij facultateꝫ neceſſariuꝫ erit legē abrogare: ⁊ ſine vlla abrogatione improba lex erit: quoniā ex diuitibus paupes facit. Opus eſt ergo ne tales ſeditioſi efficiant.

¶ Oſtendit incōuenientiaȝ legis Socratice quantū ad id qđ ponebat: ⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtendit inſufficientiam predicte legis quātū ad ea de quibus eſt. Scđo quātū ad quedaȝ cōmunia: ibi. (Enimuero ſiue neceſſaria ⁊c̄.) Circa primū inducit tres rōnes: quarū prima oſtēdit inſufficientiam predicte legis quātū ad hoc q̄ nō poterat ſm eā ſufficienter diſtingui multitudo ciuitatis: ⁊ dicit q̄ nō ſolū lex Socratis facere videbat̄ q̄ municipes agros non colerent tanq̄ȝ nō proprios exiſtentes: ſed neqȝ etiam Socrates dixit qs modus eſſet totius cōuerſationis politice inſtituende ſm ſuam legeȝ cōmunicantibus: id eſt habentibus oīa cōmunia: neqȝ etiam poſſibile eſt a quouis alio dicere hac lege ſeruata. Neceſſe enim eſt q̄ multitudo ciuitatis ſit multitudo hoīum diuerſorum ſm diuerſos ſtatus. De quoꝝ diuerſitate qualiter eſſe poſſit nihil eſt determinatum a Socrate. Neceſſe enim eſt dicere q̄ agricolis ſint poſſeſſiōes cōmunes ſimul cū alijs ciuibus ⁊ filij ⁊ vxores: aut q̄ habeāt ſeorſum ꝓprias ⁊ poſſeſſiones ⁊ vxores pter alios ciues. Hoc autem ſcđo mō contingit aſſignare diuerſitateȝ eorum ab alijs ciuibus: tūȝ propter differentiam eorum in poſſeſſionibus, tum ēt ꝓpter parentū originem. Sed ſi eodē mō ſint cōia omnia predicta omnibus alijs nulla differentia inuenie̅t: ſm quā poſſint diuerſificari agricole a cuſtodibus: neqȝ ēt poterit aſſignari quid plus ꝯſequantur illi qui portāt pondus principatus in regendo ciuitatē: ⁊ ſic inutiliter laborabunt. Nūc autem habent hoc emolumentū q̄ attribuunt̄ eis plures poſſeſſiones: ⁊ filij eoꝝ nobilitantur. Similiter etiam nō poterit aſſignari qui paſſi fuerunt principatū: id eſt ꝓpter quā eorū conditionem precedentē ad principatū aſſumātur. Nunc enim conſueuerunt ad principatus aſſumi qui ſunt nobiliores origine: vel excellentiores diuites. Excellentia autem ſm virtutem nō ſemꝑ eſt ita manifeſta qđ ſm eam ſolaȝ ſufficienter poſſint inueniri homines q aſſumant̄ ad ꝑncipatus. ¶ Poſſet aūt aliqs dicere q̄ illi qui ſeruarent legē Socratis ſuſciperent tale aliquid obſeruāduȝ quale obſeruant Cretenſes qui agriculturaȝ ⁊ alia hꝰ artificia dimittunt exercenda per ſeruos: qbus ſolum interdicunt gymnaſia: id eſt exercitia corporalia: ⁊ vſum armorū: vt ſm hoc nō oporteat diſtinguere inter agricolas ⁊ alios cuſtodes. Quia exercentes agriculturaȝ ⁊ artifices ſm hoc nō erant ciues ſed ſerui. Sȝ ſi in ciuitate quā Socrates intendit inſtituere erunt hꝰ ordinata ſicut in alijs ciuitatibus: vt. ſ. quidam ciuium ſint agricole ⁊ artifices: non videbitur eſſe vna cōmunitas: quia in vna ciuitate neceſſariū erat eſſe quaſi duas ciuitates ſibi contrarias. Ex vna eniȝ parte erunt cuſtodes q cuſtodiunt ciuitatē nihil aliud operantes: ⁊ ex alia parte erunt agricole ⁊ artifices operantes: quos opȝ eſſe cōtrarios adinuicem ex hoc ipſo qđ laborantibus alij nō laborant: ⁊ tū plura de fructibus recipiant: ſicut etiam ſupra dictuȝ eſt. Si ṽo poſſeſſiones nō ſunt cōmunes: nō erit ex hoc litigiū: quia quilibet procurabit q̄ colantur agri ſui vel per alium vel ꝑ ſeipſum: ⁊ dum minores ſeruient maioribus ab eis aliqđ lucrum recipientes erit vna cōmunicatio inter eos. ¶ Secundam rationem ponit: ibi (Litigia ṽo ⁊ iudicia: ⁊ qđ alia mala ⁊c̄.) ⁊ dicit q̄ in ciuitate habente omnia cōia ſicut Socrates dixit: inuenientur mutue accuſationes: ⁊ diſceptationes: ⁊ omnia alia mala que Socrates dicit nunc eſſe in ciuitatibus. Diſceptabūt enim ciues adinuiceȝ de hoc q̄ nō equaliter laborant nec equaliter fructum recipiunt: ⁊ de multis ēt alijs quāuis Socrates putauerit q̄ iſta mala in ciuitate in qua eſſent oīa communia non eſſent. Et ꝓpter hoc dicebat q̄ ꝓpter hꝰ diſciplinaȝ nō indigeret ciuitas multis legibus: ſed ſolum quibuſdam paucis: ſcilicet circa habitationē municipij: ⁊ circa foꝝ iudiciorū: vel etiam circa forum rerū venalium: ⁊ circa alia hꝰ: ſine quoꝝ ordinatione ciuitas eſſe nō poteſt: ita tamen q̄ hꝰ diſciplinaȝ legum attribuebat ſolum cuſtodibus ciuitatis: nō autem agricolis: qui extra ciuitatē ⁊ municipiū mōabant̄. Et ſic pȝ q̄ lex Socratis erat inſufficiens: qꝛ nō poterat a ciuitate extirpare mala que tollere conabatur. ¶ Tertiaȝ rōnē ponit: ibi. (Inſuper dominos ⁊c̄.) ⁊ dicit q̄ Socrates cōmittebat ſm ſuā legem totā diſpoſitionē poſſeſſionū agricolis quibus dicebat eſſe cōmittēdum q̄ fructus agrorū offerent ciuibus circa alia vacantibus: ⁊ ex hoc putabat q̄ agricole ꝓpter hanc ꝑtātem efficerentur obſequioſi ⁊ humiliter ſeruientes alijs ciuibus: ſed totū ꝯtrarium accideret. multo enim magis eſt veriſimile q̄ ex quo haberent oīa in ſua poteſtate q̄ eſſent graues alijs ciuibus ⁊ adinuenirent aſtutias ad defraudandūȝ eos q̄ȝ q̄ humiliter eis ſeruirent. Et ſic pȝ q̄ lex Socratis de cōitate mulierum ⁊ poſſeſſionum inſufficiens erat: qꝛ nō poterat implere qđ conabatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Enimuero ſiue neceſſaria ſunt hec ſimiliter ſiue non: nihil nunc quidem determinatuȝ eſt: neqȝ de conſequentibus que ſit eorum adminiſtratio ⁊ diſciplina ⁊ leges quedaȝ: eſt aūt neqȝ facile reperire: neqȝ parum referens quales hos eſſe opȝ ad ꝯſeruādā cuſtodū cōioneȝ.

¶ Oſtendit inſufficientiā legis Socratis quātū ad alia cōſequentia: ⁊ primo in generali. Scđo in ſpeciali: ibi. (Atqui ſi mulieres faciet cōes ⁊c̄.) Dicit ergo ꝑmo q̄ ſiue iſta que Socrates poſuit de cōitate mulierum ⁊ poſſeſſionū ſit neceſſaria ciuitatis: ſiue nō: tū de cōſequentibus nihil determinauit ſcilicet qualis debeat eſſe ordinatio politice conuerſationis ⁊ qualis diſciplina: ⁊ quales leges ꝓprie eoꝝ qui ſic habent oīa cōia. Non eniȝ de facili eſt inuenire aliquas tales: neqȝ parum refert quales hos eſſe opȝ: q hanc cōmunionem cuſtodū conſeruare debent. Uū qbuſdam ſpecialibus legibus ⁊ ſpeciali diſciplina eſſent imbuendi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqui ſi mulieres faciet cōmunes: facultates ṽo ꝓprias: quis curam habebit rei domeſtice vt agriculture viri. Si ſint communes facultates ⁊ agricolarū mulieres. Abſurdum etiam ex beſtijs facere ſimilitudinē: q̄ cōueniat eadeȝ exercere mulieres que viri ad quos rei domeſtice cura nequaq̄ȝ pertinet.

¶ Oſtendit

¶ Oſtendit inſufficientiaȝ in ſpeciali:ꝛ primo quãtum ad mulieres. Scḋo quãtum ad pncipes:ibi.(Periculoſa eſt inſuper ꝛc̃.) Tertio quãtũ ad cõem ciuitatis felicitateȝ: ibi.(Preterea cuſtodibus felicitateȝ ꝛc̃.) Quãtuȝ ad mulieres autem duo tangit. Primo ꝙ nõ poteſt ſufficienter ordinari de mulieribus ſi ſint cões cuſtodibus ꝛ agricolis: ẽt ſi poſſeſſiões ſint ꝓpꝛie ꝛ diſtincte vtriſqȝ. Cõſtat eniȝ ꝙ ſi ſint cõmunes:opȝ ꝙ agricole diſpenſent ea que ſunt in agris:non poterunt ſimul vti mulieribus in ciuitate exiſtentibus:ꝛ agros colere. Sed ſi facultates ſint ꝓpꝛie:mulieres communes non poterunt intendere rei domeſtice:ſicut viri poterunt intendere agriculture. Si econtra facultates ſint cões:ꝛ vxores ꝓpꝛie agricolarũ:ſimul eniȝ poterũt ꝛ agros colere ꝛ vxoribus ſecum habitantibus operam dare. Scḋo circa mulieres dicit ꝙ Socrates dicebat:ꝙ mulieres debebãt eadẽ tractare cũ viris:vt.ſ.colerent agros ꝛ pugnarent ꝛ alia hmõi facerẽt ſicut viri:ꝛ accipiebat ſimilitudinem a beſtijs:in quib⁹ femine ſimilia operantur maſculis:ſed Ariſto.iſtud dicit eſſe incõueniẽs nec eſſe ſimile:qꝛ beſtie nihil participant de vita iconomica:in qua quidem vita mulieres habent quedam ꝓpꝛia opa quib⁹ oꝫ eas intẽdere ꝛ abſtinere ſp ab opib⁹ ciuilib⁹.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Periculoſa eſt inſup magiſtratuũ conſtitutio quã ſic facit Socrates vt ſemp ſint ijdẽ. at hoc ſeditionis eſt cã ẽt apud illos:q nullã poſſident dignitatem:quid ergo apud bellicoſos ꝛ animoſos viros? Quod aũt ſibi neceſſariũ ſit eoſdẽ ſemp magiſtratus facere pȝ. Nõ eniȝ aliorȝ modo:ꝛ modo aliorȝ miſcet animis diuinũ illud aurũ:ſed ſemp eiſdẽ. Inquit autẽ quibuſdã ſtatim a genitura aurum miſceri:quibuſdam argentũ:es vͦo ꝛ ferrũ illis:qui artifices futuri ſunt:aut agricole.

¶ Oſtendit inſufficientiam quantuȝ ad principes: ꝛ dicit ꝙ nõ eſt ſecurum ciuitati ꝙ hoc mõ inſtituant principes ciuitatis ſicut Socrates inſtituebat. Ordinauit eniȝ q᷒ ſp manerent ijdem principes:qḋ quideȝ ſemper fuit cauſa ſeditionis:etiaȝ apud hoĩes non magni valoris:ꝛ multo magis apud homines animoſos ꝛ bellicoſos:q nõ poſſunt de facili pati ꝙ ipſi ſemper ſubijciant̃:ꝛ alij principentur. Et ſubiungit cauſaȝ quare Socrates inſtituebat ꝙ ſemp eſſent ijdem pncipes. Dicebat eniȝ ꝙ ſicut in q̄buſdã mineris terrarũ inueniatur aurũ:in quibuſdã argentũ:in quibuſdã vͦo ferrũ:aut es:ita in animabus quorundã hominũ qui abundant in ſapientia ꝛ virtute eſt aurũ quos iuſtum eſt principari. In quibuſdã vͦo argentũ q ſunt ſcḋi gradus. In quibuſdã vero q nõ ſunt perfecti ad ſapiaȝ ꝛ virtuteȝ: inuenitur quaſi es aut ferrũ:ꝛ tales ſꝫ ipſuȝ debent fieri agricole ꝛ artifices. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ iſtud nõ cõmutatur:ita ꝙ quãdoqȝ iſtis hoĩbus ſit inditũ auruȝ:ꝛ qñqȝ aliud:ſed ſẽp eiſdem. Unḋ ſequitur ꝙ ijdem principentur.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea cuſtodibus felicitatẽ auferens totam inquit ciuitatem facere beataȝ opoꝛtet legiſlatoꝛeȝ. At impoſſibile eſt totaȝ eſſe beataȝ: niſi aut plurimi: aut oẽs partes:aut quedã habeant felicitatem. Nõ eniȝ eoꝛũdem eſt felicitas quoꝛum ꝛ pars:naȝ pars recipit toti exiſtere:ꝛ ſi nulli partium ad felicitateȝ impoſſibile. Quod ſi cuſtodes nõ erunt felices:qui tandẽ alij? non enim artifices quidem:neqȝ vulgus. Illa igitur reſp. de qua Socrates locutus eſt has ꝯtinet difficultates: ꝛ alˀs his nõ minoꝛes.

Oſtendit inſufficientiaȝ quantũ ad cõem ciuitatis felicitatem. Dicebat enim ſocrates:ꝙ legiſlatoꝛ dꝫ ad hoc attendere ꝙ faciat totã ciuitateȝ felicem:ꝛ quantum ad opera virtutis:ꝛ quantũ ad exteriora bona:cũ tñ Socrates per ſuam legem auferret a ſingulis ciuibus felicitateȝ:qꝛ volebat ꝙ non haberent aliquid pꝛopꝛiũ nec in poſſeſſionibus:nec in mulieribus:nec in filijs:que q̄deȝ pertinent ad felicitatem tanq̃ oꝛganice deſeruientia: vt dr̃ in p̄mo ethicoꝝ. Hoc aũt eſt ipoſſibile:ꝙ tota ciuitas ſit felix:niſi vel omnes vel plures partes ciuitatis felicitatẽ habeant. Nõ enim eſt felicitas ciuitatis ſicut numerus par ꝛ alia ſimilia. Partes enim numeri paris quãdoqȝ ſunt impares:ſicut partes ſenarij ſunt duo trinarij. Et preterea ſi cuſtodes ciuitatis non ſunt felices:qꝛ alij erunt felices ad hoc ꝙ in eis felicitas ciuitatis ſeruari poſſit:nõ enim poteſt dici ꝙ agricole ꝛ mercẽnarij ſint felices qui ſunt infimi in ciuitate. Nõ enim felicitas que eſt optimũ ciuitatis põt ſaluari in infima eius parte. Ultimo aũt epilogando cõcludit ꝙ cõuerſatio politica ciuitatis de qua Socrates dixit hꝫ p̄dictas dubitationes:ꝛ quaſdã alias non minores p̄dictis.

Ferme autem ſilr circa leges quoqȝ ſe habet poſtea ſcriptas. Quapp ꝛ de illa reip. parte cogitare parum melius erit. Eteniȝ in rep. de paucis admodũ determinauit Socrates: vt de mulierũ ꝛ natoꝛuȝ comunitate ꝛ de rebus poſſeſſis ac de inſtitutione reip. Lec. VI.

¶ Poſtq̃ philoſophus improbauit poſitionẽ Socratis de cõmunitate mulierum ꝛ pueroꝝ ꝛ poſſeſſionũ qḋ ponebat quaſi principale in ſua politica:hic inquirit de alijs conſequentibus legibus:ꝛ primo narrat eas. Scḋo diſputat cõtra eas:ibi.(Superfluũ q̄ ꝛc̃.) circa p̄mũ duo facit. Pꝛio dicit de quo eſt intentio. Scḋo ꝓſequit̃ intentuȝ:ibi.(Diuiſit enim ꝛc̃.) Dicit ergo primo:ꝙ ſicut hꝫ multas dubitationes lex de cõitate mulierũ etiã poſſeſſionũ:ita etiam ꝛ alie eius conſequentes leges: ꝛ ideo melius eſt q᷒ de tota eius politica aliqua pauca hic dicantur:qꝛ de paucis in ſua politia determinauit Socrates.ſ.de cõitate vxorum ꝛ filioꝝ ꝛ poſſeſſionis quõ debeãt ſe hr̃e:ꝛ ſup hoc determinauit ordinẽ politice ꝯuerſationis. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Diuiſit enim in duas partes multitudinẽ habitãtiuȝ in agricolas ꝛ ꝓpulſatoꝛes belli. Tertiã ex his fecit eos:qui conſultãt ac deliberant ꝛ in quibus ſumma reip. conſiſtit auctoꝛitas. Agricole vͦo ꝛ artifices: vtrum nullius magiſtratus an alicuius participes ſint: ꝛ vtrum arma poſſidere debeant: ꝛ vna pugnare nihil determinauit:ſꝫ mulieres cenſet vna pugnare debere:ac diſciplinam hr̃e eandẽ:quã cuſtodes. Cetera vͦo extraneis peregit ſermonibus.

¶ Recitat ea que Socrates dixit de ordine politie:nã de cõmunitate ſatis ſupra dictũ eſt:ꝛ p̄mo quãtũ ad p̄tes ciuitatis. Scḋo quãtũ ad diſciplinã ciuiuȝ:ibi.(Et de diſciplina cuſtodũ ꝛc̃.) Circa p̄ᵐ q̃tuoꝛ dicit:quoꝝ p̄mũ eſt ꝙ Socrates totã multitudinem habitantiũ ciuitatẽ diuidebat in duas partes:quarũ vna erat agricolaruȝ ꝛ artificũ

alia vo erat viroꝝ bellatoꝝ:addebat aũt ⁊ tertiaʒ ptẽʒ: ſcilicet cõſiliũ ⁊ principes ciuitatis. Scðo dicit ꝙ Socrates dicere de agricolis ⁊ artificibus vtꝝ debeant aliqueʒ principatum habere: ⁊ vtrum etiam debeant aliquo mõ pugnare vel nõ omiſit. Tertio dicit ꝙ Socrates exiſtimauit ꝙ oportebat mulieres bellare: ⁊ alia ſimilia facere viris. Quarto dicit ꝙ alias quidẽ partes ſue politice impleuit multis ſermonibus extraneis: qui non pertinebãt ad mãm politice: interponens multa de nãlibus ⁊ de alijs ſcientijs. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et ð diſciplina cuſtodũ qualeʒ eſſe illã oporteret. Legum autẽ maxima quidẽ pars leges exiſtũt. Pauca vero de rep. dixit ꝙ dũ pergit cõioneʒ facere: paulatiʒ circũaagit in aliaʒ rẽp. Preter cõitatem enim mulierum ⁊ reruʒ poſſeſſarum cetera eadem vtriſqʒ attribuit: naʒ ⁊ diſciplinam eandem: ⁊ abſtinentes viuere ab opibus neceſſarijs: ⁊ de cõmeſſationibus eodem mõ: preterꝗ̃ qð hic exiſtimat mulierum quoqʒ comeſſationes eſſe debere: ⁊ hãc mille hñtiũ arma: illã vo quattuor militum.

ℂ Narrat qd Socrates dixit de diſciplina ciuitatis: ⁊ circa hoc tria facit. Primo dicit in cõi ꝙ Socrates dixit de diſciplina ciuitatis: q͛ opʒ aliquã diſciplinã hr̃e. Scðo ibi. (Leguʒ aũt ⁊c̃.) ponit ea in qbus ↄueniebat cũ alijs politijs: ⁊ dicit ꝙ magna pars legũ quã Socrates ponebat ſunt leges que mõ in ciuitatibus obſeruanꝉ. Cuʒ eniʒ ipſe dixerit de politia.i. ↄuerſatione ciuitatis: ⁊ induxerit quãdam maiorem cõitateʒ in ciuitate ꝙ̃ ſit ↄſuetuʒ: paulatiʒ inſtituendo leges deueniebat ad alterã politiaʒ: que nunc obſeruaꝉ: qꝛ preter cõioneʒ mulierum ⁊ poſſeſſionis que erat ꝓpria ſue politie oĩa alia tradidit: que poſſint eſſe cõia ambabus politijs.ſ. ⁊ illi que obſeruat hãc cõitatem: ⁊ illi que nõ obſuat. Eandẽ eniʒ diſciplinã dixit eſſe vtroruꝗ: puta ꝙ hoĩes viuerent de neceſſarijs operibus cũ quadã moderãtia ⁊ abſtinentia: ⁊ ꝙ facerent quedam ↄuiuia in ciuitate ad maiorem ciuium familiaritatem: que etiam apud alias ciuitates obſuabanꝉ: quãuis oportuiſſet ꝙ inſtituerent multo differenteʒ diſciplinam: vt ſupra dictuʒ eſt. Tertio cũ dicit. (Preterꝗ̃ q͛ hic ⁊c̃.) narrat quedam ꝓpria que Socrates ponebat: quoruʒ vnuʒ erat: ꝙ fierẽt etiam conuiuia mulierum: ⁊ nõ ſolum viroꝝ. Aliud auteʒ erat ꝙ determiãbat numerũ bellatoꝝ.ſ. ꝙ ĩ ciuitate eẽnt ad minus mille arma portãtes: ⁊ ad plus quattuor milia. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Supfluum ergo quiddã ⁊ cõptũ ⁊ nouũ ⁊ dubitatiuum oẽs Socratis habẽt ſermones: ſed cuncta recte forſan difficile.

ℂ Obijcit cõtra ꝑdicta alia que ſocrates inducebat: ⁊ pͥmo obijcit cõtra diſciplinam legum. Scðo cõtra ordinẽ partiuʒ ciuitatis: ibi. (Tota vo ↄſtitutio ⁊c̃.) Circa pͥmũ duo facit. Primo ꝓponit qð intẽdit. Scðo manifeſtat ꝓpoſitum: ibi. (Nam etiam multitudo ⁊c̃.) Dicit ergo pͥmo ꝙ ſmones Socratis hñt aliquid ſuperfluum inquãtum repleuit ſuam politiam extraneis ſermonibus: ⁊ comptuʒ inquantum erant inſufficientes rationes: ⁊ ſine experientia ꝑlate: ⁊ nouum inquãtuʒ erat ↄtra cõem ↄſuetudinem: ⁊ erat qõnibus plenũ per multas difficultates ↄſtites: ⁊ ꝙ in oĩbus bene diceret difficile eſt aſſerere. ℂ Deinde cuʒ dicit.

ℂ Nam etiam multitudo illa de qua nunc dicebatur latere non opʒ cum tanta ſit: qꝛ Babylonia aut alia qdam infinita regione indigebit: ex qua ocioſoruʒ qnqʒ milia cuʒ mulierũ ac miniſtrantiũ multiplici turba alantur: ſuppoſitiones qdem ſunt pro arbitrio faciẽde: nõ tamen impoſſibiles. Dicitur aũt debere legiſlatorem ad duo reſpicere in ferẽda lege: ad regioneʒ ⁊ hoĩes: addendũ eſt ⁊ ad vicina loca: ſi oʒ ciuiliter viuere ciuitatem. Nõ ſolũ eniʒ neceſſariũ eſt ipſaʒ talibus vti ad belluʒ armis: que vtilia ſint in ſua regione: verũetiã que in aliena. Qð ſiqs hᵒ non recipit vitam neqʒ priuatim: neqʒ publice: nihilominus tñ opʒ terribilem eſſe hoſtibus non venientibus ſolum in regioneʒ: verumetiam abeuntibus.

ℂ Manifeſtat qð dixerat: ⁊ primo improbat dicta Socratis quãtum ad menſuraʒ quam ciuitati imponebat. Scðo quantuʒ ad diſtinctionem: ibi. (Sunt g dicant ⁊c̃.) Circa primum duo facit. Primo improbat dictuʒ eius quãtum ad numerũ bellatorũ. Scðo quãtũ ad quãtitatẽ poſſeſſionis quã taxabat: ibi. (De mõ ⁊c̃.) Dicit ergo pͥmo: ꝙ ſiqs ↄſideret predictam multitudinem bellatoꝝ quã Socrates inſtituebat in ciuitate manifeſte apparet ꝙ ciuitas talis indigebit maxima latitudine camporum: ſicut eſt circa Babyloniã: vt nutriantur exinde quinqʒ milia bellatoꝝ: qui nihil aliud operentur: ⁊ preter eos multo maior alia turba ⁊ mulierũ ⁊ famuloꝝ: ⁊ ſm hoc opʒ ꝙ ille qui taleʒ ciuitatem inſtituit habeat multitudinem camporũ ad votum: qð tñ nõ eſt impoſſibile. Sed tñ hoc ↄſiderandũ ꝙ ille qui debet legem in ciuitate ſtatuere non oʒ ſtatuere legem ſm illud quod cogitat qð ſit poſſibile: ſed reſpiciẽdo ad ea que ei exiſtunt: ⁊ precipue qdem ad duo.ſ. ad regionem: vt nõ cõſtituat maiorem ciuitatem ꝙ̃ regio illa paſcere poſſit. Et iterũ ad homines vt ↄueniant leges hoĩbꝰ ſm eoꝝ conditiones. Tertio aũt eſt apponendũ vt ponat leges reſpiciendo ad loca vicina: ⁊ hoc quidẽ primo eſt neceſſarium ſi ciuitas oʒ habere vitam nõ ſolitariã: ſed politicam: idest cõem cum multis alijs ciuitatibus cũ quibus ſocietatem habeat nõ ſolũ in pace ſed etiam in bello: quia talem ciuitatem non ſolũ neceſſariũ eſt vti talibus armis ad bellum ⁊ in tanto numero ſʒ ꝙ vtile eſt ad ꝓpriaʒ regionẽ: ſed etiam in exterioribus locis: in quibus cõuerſantur vel hoſtes vel amici. Scðo autem ſiquis nõ approbet vitam bellicoſam: neqʒ vt ꝓpriaʒ alicuius hoĩs neqʒ vt cõmunem totius ciuitatis: nihilominus tñ quãtuʒ ad hoc oʒ ciues eſſe armatos ⁊ bellicoſos: vt ſint terribiles inimicis nõ ſolũ cũ venerit in regionẽ: ſed etiam qñ diſcedunt. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ De mõ quoqʒ rerũ poſſidendaruʒ videndũ eſt: ne forſan melius ſit aliter diffinire ⁊ clariꝰ. Tantas inqt poſſidere opʒ vt modeſte viuaꝉ perinde ac ſi dicat vt bene viuatur: veruʒ hoc eſt minꝰ gnãle. Et eſt tẽperate viuere: ⁊ ũnoſe tamen: at melius eſt dicere modeſte ⁊ liberaliter: ſeparatim eniʒ vtrũqʒ: alterum eniʒ luxurie accõmodabitur: alteruʒ difficultati: cum ſole hᵒ virtutes habitus ſint circa vſuʒ facultatum noſtrarum: puta patrimonio manſuete vel fortiter vti non dicimur: at modeſte ⁊ liberaliter dicimur: quare neceſſarium eſt circa illud iſtas verſari virtutes.

ℂ Improbat

⸿ Improbat poſitionē Socratis quantum ad menſuram poſſeſſionum quā in ciuitate ſtatuebat: ⁊ circa hoc duo facit. Primo improbat menſurationē poſſeſſionū a Socrate poſitā ſm ſe. Scdo quātum ad hoc ꝙ pretermiſit menſurā generationis: ibi. (Abſurdū quoqꝫ ⁊c.) Circa pmum ponit duas rōnes. Dicit ergo pmo: ꝙ opꝫ ꝯſiderare ne forte alio mō poſſit planius determinari quātitas poſſeſſionum: quas ciuitas dꝫ cōiter habere: ꝙ̄ Socrates determinauerat. Dicit enīꝫ Socrates ꝙ tāta dꝫ eſſe poſſeſſio ciuitatis: vt ex ea poſſint ciues viuere temperate: ſꝫ planius diceretur ſiquis diceret ꝙ tanta dꝫ eſſe poſſeſſio ciuitatis: vt ex ea viuatur bñ: hec enim determinatio eſt magis vtilis: eo ꝙ plura in ſe comprehendit bñ viuere ꝙ̄ temperate viuere. ⸿ Scdam rōnem ponit: ibi. (Et eſt tēperate viuere erumnoſe ⁊c.) Et dicit ꝙ cōtingit aliquē temperate viuere qui tñ miſere viuit: ideſt cum magna penuria. Et ſic pꝫ ꝙ predicta determinatio Socratis nō ſufficit: ſed melior determinatio eſt vt dicat̄ ꝙ tanta dꝫ eſſe poſſeſſio: vt viuatur temperate ⁊ liberaliter. Si enim alterū eoꝝ ſeparatiꝫ dicatur: ſequetur incōueniens. Ex vna enim pte ſi dicatur: ꝙ debeant viuere liberaliter: ſequet̄ ꝙ hō in ſupfluis delitijs viuat. Ex alia vō pte ſi dicatur ꝙ dꝫ viuere tēperate ſequetur: ꝙ poſſit hō viuere cūꝫ penuria ⁊ labore. Et iō ad excludendū vtrunqꝫ incōueniēs: opꝫ dicere temperate ⁊ liberaliter. ⁊ hec determinatio ſufficit: qꝛ ſole he due virtutes faciunt hominē bene ſe hēre circa vſuꝫ ſubſtātie: ideſt poſſeſſionis. Et hoc pꝫ in alijs virtutibus. Nō enīꝫ poteſt dici ꝙ aliquis vtatur ſua poſſeſſione manſuete aut fortiter. Māſuetudo enīꝫ eſt circa iras: ⁊ fortitudo circa timores: ⁊ audacias: ⁊ ſic in nullo reſpiciunt vſum poſſeſſionū: ſed temperantia que eſt circa cōcupiſcentias ciboꝝ: ⁊ venereoꝝ ꝓpter quas multi conſumunt ſuaꝫ ſubſtantiam: ⁊ liberalitas que eſt circa donationes ⁊ acceptiones manifeſte reſpiciunt vſum poſſeſſionis. Unde pōt dici q̇ aliqs vtatur ſua poſſeſſione temperate: ⁊ liberaliter. Uñ cū per vtrūqꝫ iſtorum tollatur omne inconueniens circa vſum poſſeſſionum: neceſſariuꝫ eſt circa ipſas eſſe ſtudioſos: ſcꝫ temperantie ⁊ liberalitatis. ⸿ Deinde cū dicit.

⸿ Abſurdū quoqꝫ eſt cū facultates adeq̄uerit: de ciuiū multitudine nihil determinare: ſꝫ indefinitaꝫ relinquere multitudinem filioꝝ. Quaſi ſufficienter adeqtatā ꝓpter ſterilitates vbicūqꝫ ꝯtingat: qḋ vr̄ nūc quoqꝫ euenire in ciuitatibus. Sed opus eſt vt aliam certitudinē tūc habeat ꝙ̄ nūc. Nam nūc qdem nemo dubitat ex eo qꝛ in ſingulos diuiſe ſunt facultates in quātacūqꝫ multitudine. Tūc vō cum ſint indiuiſe neccīuꝫ eſt diſpares nihil habere: ſiue pauciores ſint multitudie ſiue plures. Magis aūt putaret qs oportere determinatū eē modū ꝓcreādoꝝ filiorū ꝙ̄ facultatū: vt nō plures ꝙ̄ determinatū ſit ꝓcreari oporteat. Et numerus diffiniendus eſt reſpectu habito ad fortunas: ſi cōtingat decedere aliquos: ⁊ ad defectū procreādi ceteroꝝ. Pretermittere autem id vt in pleriſqꝫ ciuitatibus: neceſſe eſt egeſtatis ſit cauſa ciuibus. Egeſtas vō ſeditiōes: ⁊ delicta parit.

⸿ Improbat poſitioneꝫ Socratis ex hoc ꝙ determinans quātitatem poſſeſſionuꝫ non determinabat quātitatē generationis: ⁊ circa hoc ſex facit. ⸿ Primo quideꝫ ꝓponit eſſe incōueniēs id quod Socrates dicebat: ⁊ dicit q̇ incōueniens eſt ꝙ aliquis velit poſſeſſiones ciuitatis adequare: ideſt ad certam quātitatem reducere: ⁊ cū hoc non inſtituat aliquid ad determinandū multitudineꝫ ciuium: ſed pmittat gnātionē ciuiū in infinitū fieri: ſicut Socrates faciebat. ⸿ Scdo. ibi. (Quaſi ſufficiēter ⁊c.) ponit rōnem que mouebat Socratem: cōtingit enīꝫ in ciuitate multas mulieres eſſe ſteriles: ⁊ ita lꝫ alijs mulieribus generantibus multos filios: tñ ſemper ꝯſeruabitur eadē multitudo ciuitatis: ſicut nunc videmus in ciuitatibus euenire. Et ꝓpter hoc Socrati nō videbatur neceſſariuꝫ ꝙ circa generationem filioꝝ aliqd taxaret̄. ⸿ Tertio qñ: ibi. (Sꝫ opus eſt ⁊c.) oſtendit Ariſtoteles hanc rationē eſſe inſufficientem: qꝛ nunc in ciuitatibus ꝓpter hoc ꝙ poſſeſſiones ſunt diuiſe vnoquoqꝫ habente ꝓpriam poſſeſſionē: nulla dubitatio poteſt prouenire ad quātācūqꝫ multitudinē ꝑueniat generatio filiorum: qꝛ vnuſquiſqꝫ filijs ſuis ſtudet aliquo modo prouidere. Sed tunc cum poſſeſſiones non eſſent diuiſe inter ciues ſꝫ ordinationem Socratis ſequatur ꝙ illi qui eſſent ignobiliores nihil perciperent de fructibus poſſeſſionum ſi multiplicarentur: dūmodo illi q eſſent potentes multiplicarent̄: dum .ſ. potentes ciuitatis primo ſibi ⁊ ſuis neceſſaria ſumerēt: ſi eoꝝ multitudo excreſceret. ⸿ Quarto: ibi. (Magis autē putaret ⁊c.) proponit ꝙ opꝫ determinare multitudinem circa generationem filioꝝ: ⁊ dicit ꝙ aliquis pōt exiſtimare ꝙ magis opꝫ determinari generationem filioꝝ ꝙ̄ etiā multitudineꝫ ſubſtantie: ita .ſ. ꝙ non generentur plures ciues ab aliquo numero determinato: cui ſufficiant ciuitatis poſſeſſiones. ⸿ Quinto: ibi. (Et numerus diffiniēdus ⁊c.) oſtēdit qd debeat obſeruari in tali determinatione: ⁊ dicit ꝙ opꝫ determinare multitudineꝫ filioꝝ generandoꝝ reſpiciendo ad caſus fortuitos: puta ad mortes eoꝝ qui naſcuntur: ⁊ ad ſterilitateꝫ mulieꝝ que non cōcipiunt: vt .ſ. tantūꝫ pmittatur ex alia pte ſuperexcreſcere gnātoꝝ numerus: vt hō defectus fortuiti ſuppleantur. ⸿ Sexto. ibi. (Pretermittere aūt id ⁊c.) oſtendit ꝙ opꝫ determinari multitudinē generatoꝝ: ⁊ dicit ꝙ hoc ideo neceſſariuꝫ eſt: qꝛ ſi pmittat̄ q̇ in infinitum hoīes generent abſqꝫ aliquo determinato numero: ſicut cōiter fit in ciuitatibus ex neceſſitate ſeqt̄: ꝙ ex hoc ꝓueniat cauſa paupertatis ciuibus. Multi enim filij pauperes erunt habentes id ſolum: qḋ eoꝝ pater diues habebat: ex paupertate aūt ciuiū ſeqt̄ ꝙ ſint ſeditioſi ⁊ maligni: qꝛ dū nō hñt neceſſaria vite ſtudent ea acqrere fraudibus ⁊ rapinis. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Itaqꝫ Phidon Corinthius vnus ex vetuſtis legiſlatoribus familias cenſuit equales ꝑmanere debere: ⁊ ciuium multitudinem: quāuis ſortitiones habebāt prius omnes iniquas ſm magnitudinem: at in his legibus cōtrariuꝫ eſt. Ueruꝫ de his quēadmodū ſtatuendū putemus poſtea erit dicendū. Omiſſuꝫ eſt etiam in illis legibus quēadmoduꝫ differāt preſides a ſubiectis. Inquit enīꝫ oportere quēadmodū ex alio lane filuꝫ ducit̄ ꝙ̄ lini: ſic ⁊ eos q pſunt ſe hēre debere ad eos qui ſubſunt. Cū vō totā ſubſtātiā augeri dixerit vſqꝫ ad qncuplū: quare hoc vtiqꝫ non erit in regione vſqꝫ ad aliqd. Uidēdū eſt etiā ne edificioꝝ diuiſio nō ꝓſit ad rem familiarem. Duas enim cuiqꝫ domos attribuit: at difficile eſt duas habitare domos.

¶ Improbat diſciplinā legū Socratis quātum ad diſtinctionē: quā in ciuitate faciebat: ⁊ circa hoc quattuor facit. Primo oſtēdit quō circa diſtinctionē diſcordabat ab alijs legiſlatoribus. Et dicit ꝙ qdā legiſlator Corinthius Phidon noīe duo dixit eſſe obſeruāda in ciuitate: quoꝝ vnus eſt vt domus antiquoꝝ ciuium ꝑmanerent equales adinuicem in diuitijs ⁊ dignitate: ſi ēt a ꝑncipio inequales ſortes habuiſſent: quō autem reduci poſſunt ad equalitatem infra dicetur. Aliud eſt vt multitudo ciuium ſemꝑ equalis remaneat: ſed in legibus Socratis ꝯtrium inuenit̄: qꝛ neqꝫ ordinat quō equalitas multitudinis ciuiū ꝯſeruet̄: neqꝫ etiā ſtatuit ꝙ ſint equales diuitie ciuiū: ſꝫ ꝑmittit ꝙ quidā hēant maiores diuitias alijs: vt poſtea dicet̄. Sed de hoc qd melius ſit: vtrū .ſ. ꝙ oēs ciues hēant diuitias equales vel nō: poſtea determinabit̄. Scđo ibi. (Omiſſum eſt ⁊c̄.) improbat legem Socratis quātum ad diſtinctionē principū. Et dicit ꝙ per leges Socratis nō fuit determinatum quō deberēt diſtingui ꝑncipes a ſubditis: cum tn̄ ipſe diceret: ꝙ oporteret aliquā diſtinctionē eſſe inter eos: vt ſicut ex alia mā̄ fit filū lane ꝙ̄ filum lini: ita ex alia cōditione oporteret aliquos aſſumi in ꝑncipatū: ⁊ remanere aliquos in ſubiectione. Non eniꝫ poterat eos diſtinguere per originē generis: ex quo ponebat pueros ⁊ vxores cōes. Tertio ibi. (Cuꝫ vō ⁊c̄.) improbat poſſeſſionē Socratis quātū ad diſtinctionē poſſeſſionū. Et dicit ꝙ Socrates ꝑmittebat ꝙ in rebus mobilibus diuitie vnius multiplicarentur ſupra diuitias alterius ī quincuplū: ⁊ pari rōne poterat ꝑmittere idē in poſſeſſione terre: vt non faceret oēs agros cōes. Quarto ibi. (Uidēdū eſt ēt ⁊c̄.) improbat diſtinctionē Socratis quātū ad domos. Et dicit ꝙ opꝫ cōſiderare ne forte diſtinctio domoꝝ quā introducebat Socrates ſit vtilis iconomice. Dicebat eniꝫ ꝙ quilibet ciuis debebat hēre duo domicilia forte ꝑꝑ ſeparationē filiorū. Sed hoc eſt difficile: ꝙ aliquis hēat tātā familiā ꝙ poſſit inhabitare duas domos: ⁊ ēt dānoſuꝫ iconomice: vt vnus homo faciat duas expenſas in duabus familijs.

Tota vero conſtitutio vult eſſe neqꝫ plebis gubernatio: neqꝫ paucorūꝫ potentium. Sed horum mediam quaꝫ vocant remp. Eſt enim ex his qui arma ferunt. Lec. VII.

¶ Poſtꝙ̄ Ariſto. improbauit poſitionē Socratis quātum ad diſciplinas legum: hic iꝑrobat eaꝫ ꝙ̄tū ad ordinē ciuitatis. Et ꝑmo ꝙ̄tuꝫ ad populum. Scđo quātum ad principes: ibi. (Sunt q ⁊c̄.) Ad euidentiā eoꝝ que hic dr̄ ꝯſiderandū eſt: ꝙ ſex ſunt ſpecies ordinationis ciuitatuꝫ: vt in tertio dicetur. Omnis .n. ciuitas aut regitur ab vno aut a paucis aut a multis. Si ab vno: aut ille vnus eſt rex aut tyrannus. Rex qdem ſi ſit v̓tuoſus tenens cōem vtilitatem ſubditoꝝ. Tyrannus aūt ſi ſit malus oīa retorquens ad ſuum cōmoduꝫ vtilitate ſubditoꝝ contempta. Si vō regatur ciuitas a paucis: aut illi eligent̄ ꝑꝑ virtutē q bonū multitudinis procurent: ⁊ tale regimen dicit̄ poteſtas optimatū. Aut eligētur aliq pauci ꝓpter potentiā: aut diuitias ⁊ nō ꝓpter virtutē: qui omnia que ſunt multitudinis ad ſuā ꝓpriā vtilitatē retorquebūt: ⁊ tale regimen dr̄ ꝑncipatus paucoꝝ. Si vō ciuitas regitur a multis: ſiſr ſiquidem regatur a multis virtuoſis: tale regimen vocabit̄ cōmuni noīe Politia. Nō aūt ꝯtingit multos inueniri v̓tuoſos in ciuitate: niſi forte ſ̓m bellicam v̓tutē: ⁊ ideo hoc regimen eſt: quo viri bellatores in ciuitate dominant̄. Si vō multitudo populi dominari velit: vocatur plebeius ſtatus. Dic̄ ergo ꝑmo: ꝙ ſ̓ꝫ legeꝫ Socratis tota coordinatio multitudinis .ſ. ciuitatis neqꝫ eſt plebeius ſtatus: neqꝫ principatus paucoꝝ: ſed eſt media horuꝫ: quā cōi nomine noīant aliq politiam: ⁊ exiſtit ex his que vtuntur armis. Cū enim Socrates multitudinem ciuitatis diuideret in duas partes: quarum vna erat pugnatoꝝ: alia artificum ⁊ agricolarū. Agricolas aūt opꝫ in agris manere. Relinquitur ꝙ tota multitudo habitātium ciuitatem eſſet virorum bellatorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igitur vt cōmuniſſimam oīuꝫ hanc conſtituit remp. recte forſan dixit: ſi vt optimaꝫ rēp. nō recte. forſan enim Lacedemonioruꝫ remp. quis magis probabit: vel aliam quandam magis optimatium.

¶ Et dicit ꝙ ſi ipſe inſtituit talem ordinationem tanꝙ̄ cōmuniſſimā inter alias politias: forte bn̄ dixit. Naꝫ oligarchia eſt ſolum magnorū: Democratia vō eſt ſoluꝫ infimorum: Hec vō politia eſt ex his q ſunt medij inter vtroſqꝫ. vn̄ cōmunior eſt: vtpote cū vtriſqꝫ participans Sꝫ ſi ipſe inſtituit talem ordinationē quaſi optimā poſt ꝑmā: nō bn̄ dixit. Primā aūt ordinationē dicit regimen: vel qꝛ eſt prima a tempore: a principio enim omnes ciuitates regibus regebantur: vel qꝛ eſt optima: dummodo rex ſit bonus. Poſt hanc autē ꝑmam politiaꝫ nō pōt dici: ꝙ politia virorum bellantiū ſit optima: multo enim melior eſt ꝑncipatus v̓tuoſoꝝ: per quē modum regebantur Lacedemonij. vel ſi q alij ciues optimatū ꝑtāte regunt̄. ¶ Deīde cū dic̄.

¶ Sunt qui dicant optimaꝫ remp. ex omni genere gubernationum admixtaꝫ eſſe debere: atqꝫ ob id Lacedemoniorū laudant remp. conſtare qdem illam ex paucorum potētia. Item ex vno principe ⁊ populari ſtatu ponētes regem illoꝝ pro vnius gubernatione. Senatum vero pro paucorum potentia. Ephoros autē pro ſtatu populari: quoniam Ephori ipſi ex plebe ſumuntur. alij Ephoratuꝫ quidem tyrānidem putant: ſꝫ populariter regi per cōmeſſationes: ⁊ alium quotidianum victum.

¶ Improbat ordineꝫ quē Socrates in ciuitate ſtatuebat ꝙ̄tū ad principes: ⁊ circa hoc duo facit. Primo ponit poſitionē eius. Scđo improbat eā: ibi. (Quas aūt nō ⁊c̄.) Circa ꝑmū duo facit. Primo ꝓponit qđ expedit in ciuitatibus ꝯmiſceri ꝑdicta regimina. Scđo oſtēdit q̄liter Socrates cōmiſcebat: ibi. (Sed ī ⁊c̄.) Dicit ergo ꝑmo ꝙ quidā dixit ꝙ optimū regimen ciuitatis eſt qđ eſt quaſi ꝯmixtum ex oībus ꝑdictis regiminibus. Et huius rō eſt. quia vnū regimē temperat̄ ex admixtione alterius: ⁊ minus dat̄ ſeditionis mā̄: ſi oēs habeant ꝑtem in ꝑncipatu ciuitatis: puta ſi in aliquo dn̄etur populus: in aliquo potentes: in aliquo rex: ⁊ ſ̓ꝫ hoc maxime laudabit̄ ordinatio ciuitatis Lacedemonioꝝ: de qua tn̄ erāt due opiniones. Quidam enim dicebant eā cōponi ex tribus ciuilitatibus paucoꝝ ꝑtāte: ex vno principe: populari ſtatu. Hēbant eniꝫ in ciuitate regem. hēbāt etiaꝫ ſeniores quoſdaꝫ ex maioribus ciuitatis aſſumptos: hēbant ēt quoſdā principes q eligebant̄ ex populo: ⁊ vocabātur Ephori .i. puiſores. Alioꝝ āt opinio fuit ꝙ ꝑncipatus ephoroꝝ ꝑtineret ad tyrānidē: qꝛ pro voluntate dominabant̄. Sꝫ erāt in ciuitate alij ꝑncipatus: qui diſponebant de cōuiuijs cōibus ⁊ de alijs pertinentibus ad quotidianā vitam ciuitatis: puta de victualibus ⁊ alijs rebus venalibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed in

¶ Sed in his legibus dictum eſt: optimã rẽp. ex plebeio ſtatu conſtare debere: at ex tyrãnide.

¶ Oſtendit quõ Socrates cõmiſcebat ſuam politiã: ⁊ dicit ꝙ in legibus Socratis dictũ eſt ꝙ optima politia dꝫ cõponi ex tyrãnide ⁊ plebeio ſtatu: forte ꝓpter hoc vt potentia populi refrenaretur per potentiã tyrãni: ⁊ iterũ potẽtia tyrãni refrenaretur ꝑ potentiã populi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quas aũt non reponat quis inter ſpecies rerump. aut deterrimas omnium eſſe fateatur. Melius ergo dicunt qui plures commiſcent. Nam que ex pluribus ꝯſtat reſp. melior eſt.

¶ Improbat quãtũ ad hoc Socratis dictũ. Et primo oñdit hanc ordinationẽ ſꝫ ſe indecentem eſſe. Secũdo oñdit ꝙ ea que ſtatuebat nõ erant conuenientia huic cõmixtioni: ibi. (Deinde nihil ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ ꝑdicte due politie. ſ. tyrannis ⁊ plebeius: vel nõ ſunt dicende politie: quia non ſequuntur ordinẽ rõnis: ſed impetũ volũtatis. vel ſunt dicende peſſime inter oẽs. Unde incõueniẽs eſt ꝙ ex peſſimis polities cõponatur optima politia. multo igitur melius faciunt illi qui ex pluribus polities ꝯmiſcẽt ordinationẽ ciuitatis: quanto enim eſt ex pluribus cõmixta: tanto melior eſt: quia plures hñt ptem in dñio ciuitatis. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Deinde nihil videtur hẽre ex vnius gubernatione: ſꝫ ex paucoꝝ potẽtia ab populari ſtatu. Uerũ ad paucoꝝ potentiam inclinare magis.

¶ Improbat dictum Socratis quãtũ ad hoc. ꝙ ea q̃ inſtituebat nõ cõueniebãt ꝯmixtioni ꝑdicte: ⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ ea q̃ ſtatuebat Socrates nõ conueniebant ꝑdicte cõmixtioni. Secũdo ꝙ erãt ſꝫ ſe ꝑiculoſa: ibi. (Habet ẽt ⁊c.) Circa primum tria facit. Primo ꝓponit qđ intẽdit. Secũdo manifeſtat ꝓpoſitũ: ibi. (Quod pꝫ ex ⁊c.) Tertio oñdit quõ ꝑdicta cõmixtio fieri poſſet: ibi. (Quod igitur.) Dicit ergo primo: ꝙ cũ Socrates vellet cõmiſcere politiã ex plebeio ſtatu ⁊ tyrannide: que eſt monarchia q̃dã: ſi quis cõſideret ea q̃ ipſe ſtatuit nihil eſt ibi ꝑtinẽs ad principatũ vnius: ſꝫ oĩa ſunt ꝑtinẽtia ad potẽtes vel populũ: ſꝫ magis declinat ſua ordinatio ad paucoꝝ ꝑtãtẽ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quod pꝫ ex magiſtratuum creatione. Nã ꝙ ex delectis ſortitio fiat: cõmune eſt vtriq̃ꝫ: ſꝫ ꝙ neceſſe ſit ditiores concionẽ hẽre ⁊ magiſtratus creare. Uel alios quodpiã hĩus publicoꝝ negocioꝝ facere. alios vero preteriri: id paucoꝝ potẽtie eſt.

¶ Oſtendit ꝓpoſitũ: ⁊ primo circa electionẽ principũ. Secũdo circa electionẽ conſiliarioꝝ: ibi. (Inſup ⁊c.) Dicit ergo ꝙ hoc qđ dictũ eſt manifeſtũ eſt ex inſtitutione principũ: quã Socrates determinat. Dicit enĩ ꝙ debebãt aliq eligi ex quibus ꝑ ſortẽ aſſumerentur principes: ⁊ hoc cõe erat ⁊ plebeio ſtatui ⁊ potentie paucoꝝ: quia iſti electi erãt ⁊ de populo ⁊ de maioribus: ſꝫ q̃dã alia inſtituebat ꝑtinẽtia ad potẽtiã paucorũ. ſ. ꝙ ad diuites ciuitatis ꝑtineret ꝯuocare multitudinẽ: ⁊ ꝙ ipſi deferrẽt principes electos ad populũ: ⁊ oĩa hõ que ꝑtinebant ad cõmunitatẽ ciuitatis volebat fieri ꝑ diuiſiones. ⁊ in his alios admittebat. Similr ẽt potẽtia paucoꝝ erat ꝙ volebat plures principes fieri ex diuitibus: ⁊ in maioribus officiis conſtitutos. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Inſup conari vt plures ex diuitibus ad dignitates ſumantur: ⁊ ad maximas quidẽ ex maximo cẽſu paucoꝝ potẽtia eſt: ⁊ ſenatus aſſumptio. Aſſumuntur. n. cũcti ex neceſſitate: ſed ex primo cẽſu: poſtea totidem ex ſecũdo: poſtea ex tertio. Uerũ non oẽs neceſſe erat ex tertio vel quarto aſſumi: ex quarto aũt q̃rtoꝝ ſolis neceſſe eſt primis ⁊ ſecũdis. Poſtea ex his equalẽ ex ſingulis cẽſibus numerũ eſſe ſumẽdũ inquit. Erũt itaq̃ꝫ plures ⁊ potẽtiores qui ex maximo cenſu ſumuntur. Propterea quia ex plebe quidã non ſumuntur: quia neceſſe non eſt.

¶ Dicit quõ in electione conſiliariorum declinabat ad ptãtem paucoꝝ: ⁊ dicit ꝙ ſꝫ Socratẽ ciues diſtinguebantur per quattuor gradus: ⁊ ex oĩbus gradibus aliq erant q eligebant conſiliarios: ſed oẽs q erant de primo cenſu ex neceſſitate cogebantur ad eligẽdũ. illi vero q erant ex ſecũdo non oẽs eligebant: ſed aliq equales numero primis: ⁊ tñ iſti ẽt ex neceſſitate cogebantur eligere. Deinde ex tertio gradu eligebãtur aliqui equales: ⁊ ſimilr ex q̃rtis: ſed tñ nõ erat neceſſariũ ꝙ oẽs q eligebantur ex tertiis vel quartis eligerẽt: ſꝫ ex q̃rto gradu q erat quartoꝝ nullus poterat eligere ꝯſiliarios: niſi illi q erãt de primo ⁊ ſecũdo gradu: ⁊ ita dicebat Socrates ꝙ equalis numerus ꝓueniebat de quolibet gradu ciuitatis: ſed hoc nõ eſt neceſſariũ: quinimo ſemꝑ erunt plures ⁊ meliores ex maximis cẽſibus. Et ſic populares nõ oẽs eligẽt cũ nõ habeãt neceſſitatẽ eligẽdi. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quod igitur nõ ex gubernatione plebis ac vnius principatu cõſtabit huiuſmodi reſp. ex his pꝫ. Patebit etiã poſtea cũ de ea ſpecie reip. tractabimus.

¶ Dicit ꝙ ex his que dicta ſunt poteſt eſſe manifeſtũ q̃liter oporteat inſtitui remp. ex gubernatione plebis ac vnius principatu. ⁊ iterum ex his que dicentur poſterius quãdo incidet ꝯſideratio de rep. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Habꝫ ẽt circa magiſtratuũ creationẽ delectoꝝ delectum ꝑiculoſũ. Nã ſi aliq ꝯſpirare velint ẽt mediocri numero: ſemꝑ ſm hoꝝ voluntatẽ fiet aſſumptio. In legibus igitur illa reſp. ita ſe hꝫ.

¶ Oñdit ꝙ electio principũ quã Socrates inſtituebat eſt ꝑiculoſa. Et dicit ꝙ ꝑiculoſũ eſt ciuitati quã Socrates inſtituebat circa electionẽ principũ vt. ſ. ex aliquibus electis aliq electi eligerentur. Illi enĩ primi electi ex quibus eliguntur principes ſunt pauci reſpectu totius multitudinis ciuitatis: ⁊ ideo facilius erit eos ꝑuertere q̃ꝫ totã multitudinẽ. Unde ſi ſint aliq qui velint ſemꝑ inſtitui in principatu ẽt ſi ſint mediocres in multitudine ſemꝑ ad hoꝝ voluntatẽ eligentur principes: quia mutuo ſe eligent ⁊ mutuo ſibi ſuccedent in principatibus. Ultimo epilogãdo ꝯcludit: ꝙ ea que ſunt in legibus circa rẽp. Socratis hñt ꝑdictum modum.

Sunt vero ⁊ alie quedã reſp. tum idiotarum: tum philoſophoꝝ ⁊ in adminiſtratione ipſarũ verſantium. Oẽs aũt he ꝓpinquiores ſunt illis ſꝫ quas nunc regũt q̃ꝫ iſte due. Nullus enĩ neq̃ꝫ de cõitate filioꝝ: neq̃ꝫ de mulieribus talem aliquã introduxit nouitatem. neq̃ꝫ etiam de feminarum comeſſationibus: ſed a neceſſariis magis incohauit. Lec. VIII.

¶ Poſtq̃ꝫ phs diſputauit de politia Socratis ſiue Platonis: hic proſequitur de politia cuiuſdã q Phaleas dicebatur. Et circa hoc tria facit. Primo narrat eius ordinationẽ. Secũdo approbat eã quãtũ ad id ꝙ bñ dicebat: ibi. (Quod igitur ⁊c.) Tertio improbat

eam quantum ad id in quo deficiebat. ibi (Sed eſſe equalitatem ꝛc.) Circa primū duo facit. Primo cōparat iſtam politiam ꝛ ſequentes ad precedentem ordinationem Socratis vel platonis. Scḋo enarrat huius politie ordinationem: ibi (Uidetur quibuſdā ꝛc.) Dicit ergo primo ꝙ preter predictas politias Socratis vel Platonis ſunt etiā quedā alie politie .i. ordinationes ciuitatū quarū quedā ſunt ab idiotis ꝛ illitteratis inuente: quedā vero ſunt adinuēte a phōis ꝛ a quibuſdam hoībus q fuerūt prudētes ꝛ experti in ciuili ↄuerſatione. Et earū quedā ſunt ↄſtitute tantū a ſuis actoribus: ita tamē ꝙ in nulla ciuitate obſeruantur: quedā vero ſunt ſecundum quas aliqui ciuiliter ↄuerſantur. Oēs autē hee politie ꝓpinquius ſe hn̄t adinuicem: ꝛ ad id quod eſt cōueniēs ciuitati quam ambe predicte politie Socratis vel Platonis: quarū prima ſupra poſita eſt de cōmunitate mulierū: filiorū: ꝛ poſſeſſionum. Alia vero poſterius de legibus ab eo ſcriptis. Nullus enim alius legiſlator adinuenit neqꝫ cōmunitatē filiorū ꝛ vxorum quod pertinet ad primā politiā Socratis: neqꝫ ordinauit aliquid circa ↄuiuia mulierū quod ptinet ad ſcḋā: vt ex predictis patet: ſed incipiūt ordinare ciuitatē ab his que ſūt magis neceſſaria. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uidetur quibuſdā maximū: vt de patrimonijs recte conſtituatur. Nam hinc ſeditiones oriri cunctas aſſerunt.

¶ Narrat politiā quā Phaleas ordinauit: ꝛ circa hoc quattuor facit. Primo oſtēdit ad quid plurimi legiſlatores intenderent. Et dicit ꝙ quibuſdā legiſlatoribus viſum eſt maxime neceſſariū eſſe ꝙ bn̄ ordinetur de ſubſtātijs .i. de poſſeſſionibus ciuiū: quia ex his principue oriuntur oēs ſeditiones ciuitatū: quas principaliter legiſlatores remouere intēdūt. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quāobrem Phaleas carthaginenſis añ oia de hac parte ↄſtituit. Inquit eniꝫ patrimonia ciuiū equalia eſſe debere. Hoc autē perfacile factu eſſe ſi ſtatim ab ipſa cōditione ciuitatis prouiderētur. Poſtquā vero cōdita foret difficilius quidem: attamē ſatis mature adequari poſſe: ſi diuites dotes dēt: nec accipiāt. Paupes autē ↄ accipiant dotes ꝛ non tradāt. Plato autē in legibus ſuis vſqꝫ ad aliquid cēſuit eſſe pmittēdū. Naꝫ ſupra quincuplū eius quod foret minimū nemini licere ciuiū poſſidere vt prius diximus. Sꝫ oꝫ ne id quidē lateat legiſlatorē quod certe nūc latet: ꝙ qui patrimonio modū imponit: dꝫ etiā filiorū numero modū iponere. Nā ſi excedat multitudo filiorū patrimonij facultateꝫ neceſſariuꝫ erit legē abrogare: ꝛ ſine vlla abrogatione improba lex erit: quoniā ex diuitibus paupes facit. Opus eſt ergo ne tales ſeditioſi efficiantur.

¶ Oſtēdit quid circa hoc Phaleas ordinauit. Et dicit ꝙ ipſe primo circa hoc aliquid ſtatuit. Uoluit eni ꝙ oēs poſſeſſiones ciuium eſſent equales: quod quidē dicebat nō eſſe difficile fieri in ciuitatibus quā a principio inhabitari incipiebāt: quia poterant poſſeſſiones ex equo diuidi inter ciues. Sꝫ in ciuitatibus inhabitatis quarū ciues hn̄t inequales poſſeſſiones hoc difficilius erat: ꝙ tam cito poſſet reduci ad hāc regulā per dotes: ita. ſ. ꝙ diuites ↄtrahētes cū paupibꝰ darēt dotes ꝛ nō acciperent: ꝛ paupes nō darēt quouſqꝫ ſolum poſſeſſiones adequarentur. Scḋo ibi (Plato autē ꝛc.) oſtēdit quō diuerſimode circa hoc Plato ordinauit: dixit eniꝫ ꝙ nulli ciuiū debebat dari ptās: vt hēret diuitias pluſquā in quincuplū ſupra eū q minimū hēret. Sꝫ hoc eſt intelligēdū quātū ad diuitias rerū mobiliū: quia res imobiles cōes faciebat. Tertio ibi (Sꝫ opꝫ ꝛc.) Oſtendit in quo oēs hi deficiebant: latebat enim eos quoniaꝫ ex hoc quod ſtatuebāt aliquid circa multitudinem diuitiarū: oportebat etiā ꝙ aliquid ordinarent circa multitudinē filiorū: puta ꝙ aliquis poſt certuꝫ nūerū gnātioni operaꝫ non daret: vel ꝙ poſtquā pueri erāt nati in aliquo numero ꝙ ſuperexcreſcētes viri mitterentur ad alias ciuitates ↄſtituendas: vel quocūqꝫ alio mō. Quia ſi numerus filiorū q naſcuntur excedat multitudinē diuitiarū quā alicui hoī taxantur: neceſſe eſt ꝙ lex de eq̄litate poſſeſſionum diſſoluatur: puta ſi duorū ciuiū habentiū eq̄les poſſeſſiones vnus generet quattuor filios: alius vero vnum tm̄: ex neceſſitate ſequitur ꝙ filij eorū nō hēant equales poſſeſſiones: ꝛ preter hoc ꝙ ſoluatur lex. Sequitur etiā aliud malū. ſ. ꝙ multi q naſcuntur ex diuitibꝰ fiant pauperes dū ſubā vnius diuitis in multos filios diuidit: ꝛ hoc eſt malū: quia opus eſt ad paceꝫ ciuitatis vt filij diuitū q inſoleſcere poſſūt nō ſint paupes: quia efficerentur latrones. Sed ſi nō taxetur alicui quantitas poſſeſſionis hoc nō ſequitur: quia ſecundum ꝙ augetur ei numerus filiorū: ſtudebit aliquis in diuitijs creſcere. Sic igitur vel nihil ſtatuendū eſt circa mēſurā poſſeſſionū: vel ſimul cuꝫ hoc ordinādū eſt aliquid circa numerū filiorū. ¶ Deide cū dicit.

¶ Quod igitur valet aliquid in rep. patrimoniorū exequatio ꝛ veterū aliqui viri cognouiſſe: vt Solon ↄſtituit. Et apud alios lege cauetur vt nō quātuꝫ quiſqꝫ velit: ſꝫ quātū lex pmittit agri poſſideant. Eadē quoqꝫ rōne patrimonia ſua alienare leges vetāt. Ut eſt apud Locros lege cautū ne quis patrimoniū alienare poſſit: niſi euidentē calamitatē oſtēderit ſupueniſſe. Preterea vt antique hereditates ↄſeruentur. Quod ſublatū apud leucada valde popularem eorū ciuitatem effecit. Non enim amplius euenit ex taxatione cenſus ad magiſtratus aſſumi.

¶ Approbat predictā ordinationē quātum ad hoc ꝙ ordinabat aliquid circa mēſurā ſubāruꝫ: ne videatur ꝓpter predicta incōuenientia ea reprobaſſe. Approbat autē hoc duplici rōne. Primo quidē per auctoritatem antiquorū legiſlatorū: ꝛ dicit ꝙ quidā antiquorū legiſlatorū viri cognouiſſe ꝙ regulare ſubas ciuium hꝫ magnā virtutem ad ciuilem cōmunitateꝫ bene ↄſeruandā. Unde etiā Solon qui fuit vnus de ſeptem ſapientibus: ꝛ ſtatuit leges Atheniēſium poſuit pro lege ꝙ etiā apud alios obſeruatur: vt nō poſſet quis acquirere de terra ad poſſidenduꝫ quātuꝫ voluerit: ſed vſqꝫ ad aliquē certū terminū. Similiter etiā leges quedā ſunt in aliquibus ciuitatibus que prohibent ne hoīes vēdāt ſuas poſſeſſiones. Sicut in ciuitate Locrorū lex fuit antiquitus: vt nullus venderet poſſeſſionē niſi monſtraret ꝙ accidiſſet ei aliquod graue infortuniū: puta ꝙ eſſet captus ab hoſtibus: vel aliud aliquid hꝫ paſſus. Similiter etiam leges alique ſunt ordinātes ꝙ antique ſortes ciuium ↄſeruentur illeſe: ꝛ hec omnia ptinent ad hoc ꝙ ſubſtantie ciuiuꝫ regulentur. Scḋo ibi (Quod ſublatū ꝛc.) oſtēdit idē per incōueniētia q̄ ſequuntur. et dicit ꝙ quia hoc fuit pmiſſuꝫ in quadā ciuitate ↄſecutū eſt: ꝙ eoruꝫ reſpectu multū popularis: quia cū indifferēter cuilibꝫ liceret poſſeſſiones emere: factū eſt ꝙ multi populariū ſunt exaltati ꝛ maiores deperiſſi: ꝛ ita ſequebatur ꝙ nō eligerentur hoīes ad principatꝰ ex aliquibꝰ determinatis dignitatibꝰ ciuiū ꝓpter ↄfuſionē ſupuenientē in ↄditionibus ciuiū. ¶ Deinde cuꝫ dicit

¶ Sed eſſe

¶ Sed eē equalitatē quidē patrimonioꝝ cōtingit: veꝝ hec aut ita magna eē vt deliciari liceat: aut ita exigua vt tenuiter victū agāt. Pꝫ igiť nō ſufficere pr̄imonia exeq̄ta fuiſſe a legiſlatore: ſꝫ mediū ↄiectādum eſſe. Preterea ſiqs mediocria ſtatuat oībus patrimonia nulla vtilitas ē. Magis.n.cupiditates adequande ſunt q̄ꝫ pr̄imonia: hoc aūt fieri non pōt niſi ſufficiēter diſciplina ciuibus adhibita p leges. Sed forſan rn̄deret phaleas hocipm̄ ſe dicere. Cenſet enīꝫ hoꝝ duoꝝ eq̄litatē ciuitatibus ieſſe debere patrimonij.ſ.ac diſcipline. Sed que tandē hec diſciplina ſit: exprimēdū fuit: ⁊ vnā eandēqꝫ eſſe nihil pdeſt: nā fieri pōt vt ſit vna eadēqꝫ diſciplina. Veꝝ eiuſcemodi: pquā cupidi fiāt pecuniaꝝ: aut honoris: aut vtriuſqꝫ.

¶ Improbat pdictā ordinationē. ⁊ pmo q̄tū ad h: q alia ptermiſit. 2° q̄tum ad hoc: q ſubas nō ↄueniēter regulauit ibi. (Eodē mō ⁊c̄.) Tertio q̄tū ad hoc: q de artificibus inconuenienter aſſignauit ibi. (Videť aūt ⁊c̄.) Circa primū tria facit. Primo oſ̄dit q ptermiſit ea: q̄ ptinēt ad diſciplinā ciuium. Scđo q ptermiſit ea: q̄ pertinēt ad pacē ciuitatis ibi. (Inſup ſeditiōes ⁊c̄. Tertio ex h q ptermiſit ea: q̄ pertinēt ad ciuilem ↄuerſationem ibi. (Preterea ⁊c̄.) Circa p^m ponit duas rōnes: quaꝝ prima ē: q ↄtingit eē eq̄litatē ſube inter ciues: ⁊ tn̄ pōt eſſe vel valde multa: ita q ciues ex ea delitioſe viuant: ⁊ ſic ciuiū mores corrūpant: vel valde modica vt viuant ciues valde tenaciter: ita q vnus alteri ſubuenire nō poſſit: ⁊ vtrunqꝫ coꝝ ē nociuū ad bonā diſciplinā ciuiū. Vn̄ manifeſtū eſt: q nō eſt ſufficiens legiſlator ex hoc q ſolū facit ſubas ciuiū eq̄les: ſꝫ oꝫ q ipſe determinet aliqđ mediū: ita.ſ. q ſit tāta q̄ꝫ titas poſſeſſionū: vt neqꝫ ſupflue poſſint delitijs itēdere: neqꝫ ēt nimis pce viuere cōpellanť. ¶ Scđaꝫ rōnem ponit ibi. (Preterea ⁊c̄.) Et circa hoc duo facit. Pmo ponit rōnē ⁊ dicit: q ēt ſi aliquis oībus ciuibus ordinet moderatā poſſeſſionē: adhuc iſtud nō ſufficit ad bonam vitā ciuiū. magis.n. opꝫ regulare interiores ↄcupiſcētias aīe: vt ſ. nō imoderata ↄcupiſcant q̄ꝫ exteriores ſubas: vt.ſ. non imoderata habeant: ſed q ↄcupiſcētie hoīum regulentur h nō ↄtingit niſi p hoc q hoīes ſint ſufficienter inſtructi p debitas leges: quas phaleas nō poſuit: vn̄ inſufficiēter tradidit ea: q̄ ptinent ad diſciplinā ciuiū. Scđo ibi. (Sꝫ forſan ⁊c̄.) excludit rn̄ſionē phalee. q forte ad hāc rōnē rn̄deret: q vtrūqꝫ oꝫ eē in ciuitate.ſ. ⁊ eq̄litatē poſſeſſiōis ⁊ eq̄litatē diſcipline: vt.ſ. oēs ciues eq̄li diſciplina informenť. Sꝫ ↄ hoc Ariſt. dicit: q oportuiſſet eū dicere: q̄ eſt iſta diſciplina: qua opꝫ oēs ciues informari. Non.n. ſufficit dicere: q ſit vna ⁊ eadē oium: ſed opꝫ eā eſſe talē p quaꝫ ciues informenť: vt qdā coꝝ nō velint excercere alios vel in diuitijs: vel in honorib⁹: vel ſil' in vtriſqꝫ: vn̄ cū talē diſciplinā phaleas ptermiſerit: iſufficiēs legiſlator fuit. ¶ Deiñ.

¶ Inſuper ſeditiones oriunť nō ſolū ob pr̄imonioꝝ: veꝝ ēt ob honoꝝ inequalitates: ⁊ hoc diuerſum in alterutro. Nā multitudo qdē grauiter fert inequalitatē pr̄imonioꝝ: pſtātes aūt viri honoꝝ eq̄litatē. Vn̄ illud natū ē. Honori incūbit tā ignauus q̄ꝫ bonus. Non ſolū vero homines ppter neceſſaria iniurianť: quoꝝ remedia putant adeq̄tionē patrimonioꝝ: ne ſpolięt alios pp frigus: aut pp famē: veꝝ ēt vt gaudeant: neqꝫ ↄcupiſcant. Nā ſi maiorē habeāt neceſſarioꝝ cupiditatē: ob hui⁹ medelā iniurias inferūt. Nō ergo ob hanc ſolū. veꝝ ēt ſi concupiſcāt: vt moleſtia careant ⁊ voluptate fruanť. Quo igiť hoꝝ triū remediū eſt his qdē exiguūꝫ pr̄imoniū ⁊ opificiū: illis autē tēperātia. Tertium ꝟo ſiqs velit p illa delectari non aliunde q̄ꝫ a phia querat remediū: nā cetere qdē hoīb⁹ egent. Cum iniurias inferūt plimū ppter ſupflua nō ppter neceſſaria: puta tyrannidē inuadunt non vt frigus repellant. Quapropter honos maximus habeť non ei q furē occiderit: ſꝫ ei qui tyrānū. itaqꝫ phaleas paruis dūtaxat iniurijs hac ſua reip. cōſtitutione ſuccurrit.

¶ Probat que ſit optima reſpu. plurib⁹ ciuitatib⁹. Et primo ꝓbat que ſit optima ciuitas. Scḋo concludit que ſit optima reſp. ibi (Patet igitur ⁊c̃.) Adhuc ṗma in duas. Primo oñdit ꝙ ciuitas eſt optima que ē ex medijs. Secūdo ꝙ talis ciuitas bñ ſaluaṫ. ibi (Cōſeruaṫ ⁊c̃.) Adhuc ṗma in duas. Primo oñdit q̄ ſunt optimi ciues: q̄ṁ medij. Scḋo que optima ciuitas. ibi (Uult q̄dē ⁊c̃.) Ad hec ṗmo cōcludit ex ṗcedentib⁹ ꝙ medij ſunt optimi ciues. Scḋo ꝓbat per rōnes. ibi (Hec.n. ⁊c̃.) In prima dicit dictū eſt: ꝙ eadē eſt rō bone reipu. ⁊ bone ciuitatis. Sunt aūt ciuitatis tres partes. Quidam.n. ſunt opulēti valde. Quidā egeni valde. Alij ſunt medij q̄ nec nimis diuites nec nimis pauperes ſunt: ſ; medio modo ſe habēt. Cum igiṫ oēs ꝯcedant ꝙ mediū eſt optimū: q̄ṁ vita ſm̄ virtutem eſt optima: virt⁹ ēt eſt in medio: manifeſtū eſt ꝙ medij in ciuitate ſunt optimi: ⁊ poſſeſſio ipſoꝝ media exiſtēs optima eſt inter ceteros. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec.n. facilis eſt ad obedientiā mandatoꝝ. At.n. ſi modū excedāt in alterutrā partē: ceu ſi forma: ſi virib⁹: ſi nobilitate gn̄is: ſi diuitijs: vel his ꝯrijs: ceu paupertate nimia: ſi imbecillitate egregia: ſi ignominia multa: difficile ē vt rōni obediant. Fiūt.n. iſtoꝝ alij ſuꝑbi ⁊ delinquētes apte in reb⁹ magnis: alij occulte praui: ⁊ in reb⁹ exiguis fraudatores. Iniurie ṽo iferunṫ q̄ñq; per ꝯtumeliā: q̄ñq; per dolū.

¶ Probat hoc ꝑ rōnes. Et diuidiṫ in q̄ttuor ſm̄ ꝙ ꝓbat per q̄ttuor rōnes. Scḋa ibi (Inſuꝑ ⁊c̃.) Tertia ibi (Preterea q̄ bonis ⁊c̃.) Quarta ibi (Que aūt ⁊c̃.) In ṗma intendit iſtā rōnem. Illi ſunt optimi ciues q̄ facillime obediunt rōni: ſ; medij in ciuitate facillime obediunt rōni: nō aūt extremi. ergo medij ſunt optimi ciues. Huiuſmodi rōnis minorē ponit in lr̃a: et declarat eam. Ponit aūt minorem dicēs: ꝙ media pars ciuitatis facillima eſt ad obediēdū rōni nō extremi: ⁊ ille qui excellit alios in pulchritudine: vl̄ in fortitudine: vel in nobilitate: vel in diuitijs nō de facili obedit rationi. Iterū ille qui nimis egenus eſt aut ſuꝑdebilis vel multū vilis nō de facili obedit rationi. Et ratio hui⁹ eſt: q2 ille qui excedit vel in pulchritudine: vel fortitudine: vel nobilitate: vel diuitijs alios ꝯtēnit: ⁊ fit iniurioſus: ⁊ inclinaṫ etiā ꝓpter exceſſum aliquis iſtoꝝ ad inordinatas delectatiōes ⁊ ſunt nequam magis: q2 iſta eos faciūt declinare ab eo qḋ eſt ſm̄ rationem rectā. Egeni aūt valde debiles vel viles deficiunt a ratiōe ⁊ fiūt auari ⁊ in ꝑuis nequā valde. ¶ Circa qḋ intelligendum eſt ꝙ aſtutia eſt inclinatio ad inueniendū diuerſos modos ⁊ vias ad finē non rectum. Actus aūt q̄ ꝓcedit ex hoc dr̃ dolus vel fraus ad nocēdū alijs. Et ſm̄ qḋ eſt ad nocendū alij in rebus fraus dr̃: ſm̄ ꝙ in ꝑſona vel fama dolus. Iſti aūt ſuꝑegeni diuerſos modos ⁊ diuerſas vias inueniūt: ⁊ quib⁹ poſſint hēre diuitias vel potentiā vel aliud tale preter rōnem. Propter qḋ manifeſtū eſt ꝙ ſunt aſtuti ⁊ nequā in paruis valde. Sed iniuriarū quedā fiunt ꝓpter aſtutiā vt ꝓpter ꝯtemptum vel ꝯtumeliā: quedā aut ꝓpter iniuriā. Quare manifeſtū ē ꝙ extremi difficili obediūt rōni. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Inſuꝑ hi minime circa gubernationē reipublice afficiunṫ: minimeq; cōſulunt. Hec autē vtraq; dānoſa ſunt ciuitatibus.

¶ Ponit ſecundā rōnem ⁊ eſt. Illi ſunt optimi in ciuitate qui amant principes ⁊ magiſtratus curāt ac bene ꝯſulunt bono reipublice: ſ; medij amant principes: nō autē extremi. Illi enim qui ſunt excellenter diuites nō amāt ipſos: nec ꝯſequenter bene conſulunt: hec aūt reipublice dānoſa ſunt. Iſti pauꝑes etiā ṗncipes nō amāt: q2 opprimi reputant ſe ab eis. Quare manifeſtum eſt ꝙ extremi nō ſunt optimi ciues. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea q̄ bonis fortunis ſuꝑabūdant: ceu opib⁹: diuitijs: amicis: ⁊ alijs hmōi: nec imperiū cuiuſq; pati volūt neq; ſciūt: ⁊ hoc ſtatim domi eoꝝ natis exiſtit. Propter delitias.n. nec in ſcholis q̄dē ṗceptorib⁹ obedire ꝯſueuerūt.

¶ Ponit tertiam rōnem. Et dicit ꝙ adhuc manifeſtū eſt ꝙ extremi in ciuitate nō ſunt optimi ciues ſed medij: q2 illi qui excedunt alios in bonis fortitudine ſicut in diuitijs: potētijs: ⁊ in amicis: ⁊ in conſimilibus nec ſubijci volunt alijs: nec ſciūt. Et hoc ineſt ſtatim eis a pueritia. Nā a pueritia in delitijs nutriti ſunt. Et ideo doctoribus non ſunt aſſueti ſubijci: ꝓpter hoc nō ſubijci eis volunt: quia non poſſunt inclinari ad oppoſitum eius ad qḋ inclinantur ex aſſuetudine: ſed ſtatim ex natiuitate inclinanṫ ad oppoſitum eius qḋ eſt ſubijci. Et ideo etiā addiſcere nolunt. Illi etiam qui excellenter egeni ſunt intantū ſunt humiles ꝙ neſciunt principari: ſed ſubijci etiā ſeruili ṗncipatu. nam ſubijciuntur principatu deſpotico qui eſt domini ad ſeruum. Si igiṫ ciuitas ſit ex iſtis: erit ex ſeruis ⁊ dominis: ſed iſta inconueniētia ſunt. Quare manifeſtū eſt ꝙ extremi nō ſunt optimi ciues: relinquitur igitur ꝙ medij. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qui aūt eoꝝ ſunt in idigētia nimia cōſtituti: deiecto nimiū aīo vileſq; exiſtūt. Ex quo fit vt alij magiſtratū gerere neſciāt: ſ; ad parēdū ſeruiliter ſint apti. Alij ṽo ſibi imꝑari nullo mō patianṫ: ſ; ipſi alijs tāq; dn̄i volūt imꝑare. Efficiṫ ergo ſuoꝝ ⁊ dn̄oꝝ ciuitas. Nō aūt liberorū ⁊ alioꝝ inuidentiū: alioꝝ ſpernētiū: qḋ plurimū abeſt ab amicitia ⁊ ciuili ſocietate. Nā ſocietas amicabile q̄ddā eſt: cū inimicis enī nec viā q̄dē cōicare volunt homines.

¶ Ponit quartā rōnem. Et dicit ꝙ illi qui inuident alijs ⁊ contēnunt alios nec magiſtratus gerere ſciunt nō ſunt optimi ciues. S; egeni valde inuidēt alijs nec magiſtratus gerere ſciunt. Diuites etiā valde contēnunt eos qui ſunt etiam cōtra rationem reipub. medij nō: quare extremi non ſunt optimi ciues ſed medij. Huiuſmodi ratiōis ponit minorem ṗmo dicens: ꝙ illi qui ſunt de numero egenoꝝ inuidentes ſunt. Illi aūt qui ſunt de numero excedentiū in bonis fortune contēnentes ſunt alios: ⁊ hoc apparet. Diuites enī ⁊ potētes vidētes ſe habere ea que nō habent alij illos deſpiciunt ⁊ contēnunt. Egeni ⁊ deficientes videntes ꝙ nō habent ea que alij habēt inuidēt illis. ſed medij nō. Q2 enim ad ſufficiētiā habēt nō inuident: nō contēnunt aūt: q2 nō ſunt valde excedētes. Inuidere ṽo ⁊ ꝯtēnere ſunt ꝯtra rōnem reipu. qḋ declarat. Q2 amicitia neceſſaria eſt in ciuitate. Nā cōmunicatio amicitia quedā eſt: quia inimici cum inimicis participare nolunt in nūmis etiam in via. Sed inuidia ⁊ ꝯtēptus ſunt cōtra rationem amicitie: quare ſunt cōtra rationē reipu. Manifeſtū igiṫ ꝙ extremi nō ſunt optimi ciues ſ; medij inter extremos. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vult ꝗdē ciuitas ex paribꝰ ac ſimilibꝰ eē q̄ntū fieri pōt. Hoc aūt maxime exiſtit medijs. Itaqȝ necc̃ario fit vt hmōi ciuitas optime guberne tur: ex qbꝰ diximus nā ꝯſtare ciuitatē.

¶ Poſtq̄ phs determinauit q̄ ſunt optimi ciues: qꝛ̃ medij. declarat q̄ eſt optima ciuitas: qꝛ̃ illa q̄ eſt ex medijs. Et dicit ꝙ ciuitas dȝ ⁊ vult eē ex equalibꝰ maxie. Sȝ tales ſunt medij: ſic ꝓbatū eſt. q̄ ciuitas optima eſt q̄ eſt ex medijs. Et ꝑꝑ hoc manifeſtuȝ eſt ꝙ talis ciuitas optime gubernat̄. Illa. n. necc̃uȝ eſt optime gubernari que eſt cōſtituta ex his: ex qbꝰ ciuitas optima nāliter ꝯſtituit̄: talis aūt eſt que dicta eſt. q̄ ⁊c̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Conſeruant̄ quoqȝ in ciuitatibꝰ iſti maxime ceteroꝝ ciuiū. Neqȝ. n. aliena ꝯcupiſcūt vt faciunt pauꝑes: neqȝ eoꝝ bona capiunt̄ ab alijs vt accidit diuitibꝰ. Et qꝛ neqȝ inſidiant̄ alijs: nec alij ipſis: ſine ꝑiculo degunt.

¶ Declarat ꝙ talis ciuitas bn̄ ſaluat̄ ⁊ ſine ꝑiculo viuūt. Et p̊ oñdit ꝙ bn̄ ſaluat̄. Scđo ꝙ viuunt ſine ꝑiculo. ibi. (Quapropter bn̄ ⁊c̄.) In p̊ᵒ dic̄ ꝙ iſti medij ex qbꝰ cōponit̄ ciuitas optima maxime ſaluant̄ in ciuitate: ⁊ hoc apparet: qꝛ ipſi nō ꝯcupiſcūt aliena ſicut pauꝑes. Habēt. n. ad ſufficiētiā: ⁊ iō nō deſiderāt aliena: ꝑꝑ qđ alijs nō inſidiant̄. Pauꝑes vō qꝛ deficiētes ſunt deſiderāt aliena: et iō īſidiant̄ diuitibꝰ. Medij vō nō: qꝛ nō hn̄t ſuꝑabūdantiā diuitiaꝝ: iō medij nec inſidiant̄ alijs nec alij ipſis: tales aūt maxime ꝯſeruant̄: q̄re manifeſtū eſt ꝙ ciuitas q̄ eſt ex medijs maxime ꝯſeruat̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter bn̄ optauit Phocylidas multa mediocribus optima: mediocris eſſe volēs in ciuitate.

¶ Oñdit ꝙ viuunt ſine ꝑiculo: ⁊ dicit ꝙ medij: qꝛ nullus īſidiat̄ ipſis nec ipſi alijs īſidiant̄ ſine ꝑiculo viuūt. Et ꝓpter hoc phocylides rōnabiliter deſiderauit mediꝰ eē in ciuitate: vidēs ꝙ medij ſunt in ciuitate optimi. vn̄ dixit mediꝰ in ciuitate volo eē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Patet igit̄ ꝙ ciuilis ſocietas optima eſt que ꝑ mediocres fit: eaſqȝ ciuitates recipe vt optime gubernent̄: in qbꝰ mediocres plurimi ſunt ac plus poſſunt: maxime ꝗdē ambabꝰ vel ſaltē altera parte. Hec. n. addita preualere facit: ⁊ ꝓhibet contrarios exceſſus fieri.

¶ Oñdit ꝙ reſp. q̄ eſt ex medijs eſt optima. Et diuidit̄ in duas. In p̊ma infert ex dictis ꝙ reſp. media eſt optima. Scđo ꝓbat hoc ꝑ ſigna ⁊ effectꝰ. ibi (Qđ aūt ⁊c̄.) Adhuc p̊ma in duas. In p̊ma facit qđ dcm̄ eſt. In ſcđa infert correlariū. ibi (Quapropter.) In p̊ma dicit: ꝙ qꝛ ciuitas optima eſt q̄ eſt ex medijs: manifeſtuȝ ꝙ reſp. optima ē ex medijs: ⁊ ille ciuitates q̄ multos hn̄t medios hn̄t remp. optimā. Et rō huiꝰ eſt. Qꝛ pars media ciuitatis valētior ⁊ melior eſt q̄ȝ alie due ptes diuiſim: qꝛ ſi vna pars ꝓter rōnē velit opprimere aliā partē: ſicut ſi diuites pauꝑes velint opprimere: pars media adiūgit ſe pauꝑibꝰ: ⁊ cū illis reprimit malitiā diuitū. Si aūt pauꝑes velint inſurgere ꝯtra diuites ꝓter rōnē: medij iungūt diuitibus ſe: ⁊ reprimūt pauꝑes. Et iō medij ꝓhibēt exceſſus ī ciuitate. Talis ēt reſpublica optia ē. ¶ Deide cū dicit.

¶ Quapropter valde optādū ē vt hi q̄ in rep. v̈ſant̄ facultates hēant mediocres ac ſufficiētes. Nam vbi alij nimis multa poſſidēt: alij nihil: vel plebes infima inſurgit: vel paucoꝝ potētia illa extrema: vel tyrānis ꝑꝑ vtrūqȝ exceſſū. Ex ppl̄ari. n. ſtatu nimiū ſuꝑbo: ⁊ ex paucoꝝ potentia ad tyrānidē deuenit̄. Ex mediocribꝰ aūt ac ꝓpe paribꝰ multo minꝰ. Cuius rei cām poſtea vbi de mutatiōibꝰ tractabit̄ dicemus.

¶ Infert vnū correlariū. Et dicit ꝙ manifeſtuȝ eſt ex dictis: ꝙ ex quo ciuitas ē optima: q̄ eſt ex medijs: ꝙ maximū bonū eſt ꝙ in ciuitate gubernātes hēant ſubſtantiaȝ mediaȝ ⁊ poſſeſſiones medias. Qꝛ vbi ſunt q̄ valde excedūt in diuitijs: aut indigētes valde: erit ibi aut ſtatus popularis: aut paucoꝝ intēꝑatus: in quo pauci diuites valde dn̄ant̄ ſm volūtatē ſuam: aut erit tyrānis ꝑꝑ ambos exceſſus. ſ. diuitiaꝝ ⁊ egeſtatis: ex populari. n. ſtatu nimis ſuꝑbo inſurgit tyrānis. Silr ex paucoꝝ potentia: ex medijs aūt nō. Multo aūt minus ēt orit̄ tyrānis ex his qui ſunt propinqui medijs q̄ȝ ex ſtatu populari. Cauſa autē iſtorum apparebit inferius cum determinabit̄ de tranſmutatione reipu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qđ aūt media ſit optima: manifeſtū eſt: ſola. n. ſeditiōibꝰ caret: vbi. n. ꝑmultū eſt mediocre minimū ſeditiōes ⁊ diſcordie ciuiū īnaſcūtur: magneqȝ ciuitates ob hāc ipſaȝ cām minꝰ ſeditiōibꝰ ſubiacēt: qꝛ magna in his eſt mediocriū hominū multitudo. Paruas āt ciuitates facile eſt in duas partes diuidi oēs: ita vt nihil mediū relinquat̄. Et fere cūcti vel iopes ſunt: vel opulēti. Populares quoqȝ gubernatiōes tutiores ſunt ⁊ diuturniores q̄ȝ paucoꝝ potentium ꝓpter medios. Plures. n. ſunt ⁊ magis honoris participāt in populari gubernatiōe q̄ȝ paucoꝝ. Nā qn̄ ſine his multitudo iops plus pōt: male res ſe hn̄t: ac cito pereunt.

¶ Probat per ſigna ꝙ reſp. que ex medijs optima eſt. Et diuiditur in partes tres ſm ꝙ declarat per tria. Secūda ibi. (Signū vero ⁊c̄.) Tertia ibi (Patet aūt ⁊c̄.) In prima intendit iſtam rōnem: illa reſpu. eſt optima que eſt ſine ſeditiōe magis ⁊ turbatiōe: ſed talis eſt illa que eſt ex medijs. ergo reſp. que eſt ex medijs optima eſt. Huius rationis ponit ꝯcluſionē ⁊ minorē cum ſua probatione. Dicat igitur ꝙ reſpublica que eſt ex medijs ſit optima: manifeſtum eſt. Iſta eniȝ ſola ⁊ ſine ſeditiōe ⁊ turbatiōe eſt. Hoc aūt ꝓbat dupliciter. Primo qꝛ vbi ſunt plures medij nō ſunt ſeditiones nec turbatiōes. Et propter hoc magne ciuitates ſunt magis ſine ſeditiōibus q̄ȝ parue. Quia in magnis ciuitatibus ſunt multi medij. Sed in paruis ciuitatibus ſtatim omnes ſunt diuiſi in diuites ⁊ pauperes: ⁊ iō in illis ſepe fiunt ꝑturbatiōes ⁊ ſeditiōes. Quare manifeſtū ē ꝙ illa reſpublica q̄ ē ex medijs magꝭ ē ſine ſeditiōe ⁊ turbatiōe. Hoc idē ꝓbat 2ᵒ ex alio: qꝛ ſtatꝰ populares ſūt durabiliores q̄ȝ paucoꝝ: qꝛ plures hn̄t medios ⁊ magis attingūt medij ad p̄ncipatū q̄ȝ in paucoꝝ potentia. Ex quo manifeſtū eſt ꝙ illa reſpublica que ē ex medijs eſt magis ſine ſeditione ⁊ turbatiōe. Si aūt accidat ꝙ inter egenos ⁊ diuites nō fuerint plures medij: aut nō ſufficiētes: multitudo īualuerit: multos exceſſus facient: ⁊ iō male ſe hn̄t: ⁊ cito ꝑibit reſpu. ¶ Deide cū dicit.

¶ Signū vō huius putandū eſt ꝙ qui optime leges cōdiderūt ex mediocribꝰ ciuibus fuere.

Nam

Naz ⁊ Solon huiuſmodi fuit: vt apparet ex eius carminibus: ⁊ Licurgus: nõ eni erat rex ⁊ Charondas: ⁊ plurimi aliorũ.

¶ Ponit ſcdm ſignũ. Et dicit ꝙ reſp. que eſt ex medijs ſit optima: ſignũ eſt ꝙ optimi legiſlatores fuerũt de medijs ſicut Solõ. Iſte. n. Solõ nõ fuit de diuitib⁹ excellẽter: nec de pauperib⁹. Et h̃ ſignauit in q̃dã poeſi ſua: quã nõ põit ph̃s: ſilr Licurgus nõ fuit de magnis: nõ eni fuit rex: ſilr Charõdas: nec de diuitib⁹: nec de pauperib⁹ excellẽter fuit: ſed de medijs: ſilr plures alij. Iſti vero fuerũt optimi legiſlatores: ⁊ fuerũt de medijs: q̃re manifeſtũ ẽ: ꝙ medio modo ſe habere diſponit ad optimã rẽp. Qr igitur reſp. ſit ex medijs: ſignum eſt ꝙ optimi legiſlatores fuerunt de medijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Patet autẽ ex his: ⁊ qꝛ plurime reſpublice: aut populares ſunt: aut paucorũ gubernationes. Quod enim in his frequenter pauci ſunt medij ſemper qui preualẽt: ſiue hi ſint qui facultates habent: ſiue populares: qui medium tranſcẽdunt: per ſeipſos gubernationez agũt. Itaqz aut multitudo populi iſurgit: aut paucorum potentia.

¶ Ponit tertiũ ſignũ: ⁊ ponit p̃mo ſignũ. Scdo rõnez aſſignat cuiuſdã qđ in ſigno eſt dictũ ibi. (Preterea ex eo.) In p̊ dicit: qđ manifeſtũ eſt ex his que dicent iaz ꝙ optima reſp. eſt ex medijs: qꝛ ꝓpter hoc ſunt plures reſp. aut populares: aut paucoꝝ: qꝛ frequẽter in ciuitatib⁹ medius paucũ eſt: ſtatiz. n. ſunt oẽs vel diuites vel egeni: ⁊ qcũqz excellũt alios: ꝯuertũt rẽp. ſm volũtatẽ ſuã ad vtilitatez ſuã: ita ꝙ ſi diuites ſupauerint pauperes ꝯuertũt rẽp. ad volũtatẽ ſuã ⁊ regũt eã: ⁊ tũc ſit paucoꝝ potẽtia. Si autẽ pauperes exceſſerint regũt rẽp. ſm volũtatẽ ſuã: ⁊ ſic ſtatus popularis: quare manifeſtũ eſt: ꝙ aut erit popularis: aut paucoꝝ. Cum g̃ iſte accidãt: que nõ ſunt recte ꝓpter defectũ mediorum: ſignum eſt ꝙ reſp. que eſt ex medijs ſit optima. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea ex eo quia ſeditiones fiunt ⁊ pugne inter multitudinem ⁊ opulẽtos: quibuſcunqz vincere contingit: hi neqz cõmunẽ amplius habent rempublicam: neqz equalez: ſed quaſi victorie premiũ reportant rẽpublicam obtinere: ⁊ alteri popularem ſtatũ: alteri paucorum potẽtiam faciunt.

¶ Aſſignat cãm quare ſunt plures populares ⁊ paucoꝝ: ⁊ diuidit̃ in duas: ſz ꝙ ꝓbat h̃ ꝑ duas rões. ſcda ibi. (Preterea qui ⁊c̃.) In p̃ma dicit ꝙ ſeditiões ⁊ pugne que fiũt in ciuitate iter diuites ⁊ pauperes adiuicẽ ſunt cã: quare ſunt tot populares ⁊ paucoꝝ. Illi eniz q obtinẽt ꝯtra aduerſarios nõ iſtituũt rẽpublicã cõem nec equalẽ: ſed inſtituunt rẽpublicã ad vtilitatez ſuã ⁊ honorez ⁊ premiũ victorie ſue inſtituunt rẽpublicã: in qua excedunt aduerſarios: ita ꝙ ſi pauperes obtineãt faciunt popularẽ ſtatum: ſi diuites: paucorũ potentiã. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Preterea qui principatũ grecie habuerunt: hi ad propriam reſpiciẽtes rẽpublicaz: aut popularem ſtatum in ciuitatibus conſtituerunt: aut paucorũ gubernationẽ non ad ciuitatũ illarũ cõmoda reſpiciẽtes: ſed ad ſua. Atqz ita per iſtas cauſas effectum eſt: vt vel nũq̃ mediorũ illa gubernatio extiterit: vel admodũ raro. Unus eniz vir cõſenſit ſolus ex his qui antiquitus in principatu fuere. Hũc gubernãdi modũ ꝯſtituere. Iamqz i ciuitatib⁹ ꝯſuetudo obtinuit nõ velle equale: ſz aut impare q̃rere: aut victos obedire. Que igr̃ optima ſit reſpublica: ⁊ quã ob cãm ex his pz.

¶ Ponit ſcdam rõnẽ: ⁊ dicit ꝙ aliq preeminẽtes in grecia in potẽtia amicoꝝ vel in diuitijs vel in nobilitate vel in aliquo alio nutriti in aliq̃ rep. cũ vellent iſtituere rẽp. aliquã nõ iſtituerũt quãcũqz: ſed cõſiderãtes ad rẽpublicaz in qua nutriti ſunt iſtituerunt illã. Et qꝛ iſti nutriti erant in populari vel in paucoꝝ iſtituerũt hanc vel illã nõ conſiderãtes bonũ cõe: ſed bonũ ꝓpriũ: ⁊ iſte vtiliores erant eis: ideo iſtas iſtituerunt. Et ꝓpterea nũq̃ aut raro: ⁊ apđ paucos inenitur reſpublica media: vnus aũt optim⁹ fuit vir: qui cũ eſſet in p̃cipatu ſuaſit ciuib⁹ rẽpublicaz hanc mediã: ſed illi noluerũt acceptare ipſaz: ſilr nec iſti q modo ſunt in ciuitatib⁹ volunt eã recipere: qꝛ ꝯſuetudinẽ nõ habẽt: per quã iclinẽtur ad volẽdũ equalitatez: ſed vel q̃runt p̃cipari: aut magis volunt ſuſtinere rẽp. quã habẽt nõ recte ordinatã: ſicut paucoꝝ potẽtiã: in qua dominantur: aut aliquam aliam. Et tunc concludit dicẽs: ꝙ que ſit optima reſpu. ⁊ propter quam cauſam manifeſtũ eſt ex determinatis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De alijs autez cum plures populares ⁊ plures paucoꝝ gubernationes eſſe diximus: que prima ponẽda ſit: ⁊ que ſcda: ⁊ que deinceps: qꝛ potior ſit: aut deterior determinata optima nõ erit difficile intueri. Neceſſe eſt. n. meliorẽ eſſe: q̃ ꝓxime huic accedit: deteriorẽ vero q̃ plurimũ diſtat a medio: niſi ad ſuppoſitionez qs iudicet. Dico aũt ad ſuppoſitionẽ: qꝛ multotiẽs alia reipublice forma eligibiliori exiſte: nihil vetat aliã qbuſdã magis vtilẽ eſſe.

¶ Declarat qualiter alie reſp. ſe habẽt ad iſtam. ⁊ dicit ꝙ rerũp. aliarũ a media poſuimus plures ſpẽs: ſicut popularis ⁊ paucoꝝ. Unaqueqz enim iſtarũ plures ſpẽs hz ſicut apparuit pri⁹: que autẽ iſtaruz ſit melior: ⁊ que peior viſa rõne medie reip: nõ eſt difficile videre. Cũ eniz reſp. que eſt ex medijs ſit optima: illa q̃ eſt ꝓpinquior huic melior eſt: ⁊ que remotior peior. Nã vlr hoc verũ eſt ꝙ i vnoq̃qz genere illud qđ eſt ꝓpinqui⁹ p̃mo: ꝑfecti⁹ eſt ⁊ melius in illo genere: quare illa reſp. que ꝓpiquior eſt reip. optime in plurib⁹ melior eſt: ſicut: p̃ma ſpẽs popularis melior eſt q̃ ſecũda: ⁊ ſecũda q̃ tertia: ⁊ tertia q̃ quarta: q̃rta vero peſſima eſt iter illas: ſilr de paucoꝝ potẽtia p̃ma melior q̃ ſecũda: ſecũda q̃ tertia: ⁊ ſic deinceps. Et dato ꝙ illa q̃ eſt ꝓpiquior optime eſt melior ſimplr loquẽdo ſine ſuppoſitione: quia ſi loquamur de meliori: ⁊ optima ex ſuppoſitione nihil ꝓhibet aliquã: que non eſt melior ſimplr eſſe meliorẽ aliqb⁹: ſicut ſi in ciuitate aliqua ciues ſint eq̃les in libertate: meli⁹ eſt eis regi populari q̃ repu. media. Sic igitur apparet qualiter alie ſe habẽt ad iſtã.

Que autez reſpublica quibus ⁊ qualis qualibus conferat conſequẽs eſt tractare. Lectio. XI.

¶ Poſtq̃ ph̃s declarauit: que ⁊ qualis reſp. eſt optima plurib⁹ ciuitatib⁹: declarat que ⁊ qualis: quib⁹ ⁊ qualib⁹ expediat: ⁊ diuiditur in duas. In prima premit

tit intētū ſuū. In ſecūda ꝓſeqtur ibi. (Sʒ capiendum.) In prima dicit ꝙ poſt illa que determīata ſunt dicendū eſt pertranſeundo: que reſpub. quibus ⁊ qualis qualibus expediat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed capiēdū prius eſt vniuerſaliter de cunctis. Oportet enim partē illam ciuitatis: que in republica ſtare vult potentiorē eſſe: ꝙ̄ illa pars que nō vult in republica manere. Eſt autem oīs ciuitas ex quali ⁊ quāto. Dico autē quale: ceu libertatē: diuitias: diſciplinā: nobilitatem. Quantū vero: ceu multitudinem populi preualētē. Fieri autē poteſt vt quale exiſtat vni ciuitatis parti: alteri vero quantū: ceu maiorē ēe numerū ignobiliū ꝙ̄ nobiliū: ⁊ paucorū pauperū ꝙ̄ diuitū: neqȝ tn̄ tātū ſuperare quātitate: quātū ſuperari qualitate ꝓpter hoc adinuicem cōferenda ſunt.

¶ Proſequit̄: ⁊ diuidit̄ in duas. Primo premittit quedā vniuerſalia que valēt ad ſequētia in iſto caplo. In ſecunda oſtēdit qḋ ꝓpoſitū fuit. ibi. (Ubi ergo.) In prima dicit: ꝙ anteꝙ̄ determinet de repub. que cui ⁊ qualis quali competat accipiēdū eſt p̄mo: qḋ vniuerſalr̄ verū eſt in oībus rebusp. ſ. ꝙ illa pars reip. melior eſt: ⁊ valētior que vult ſaluationē reip. ꝙ̄ illa que nō vult. Et rō hui⁹ eſt: qꝛ bonum rei attēditur in ordine ad finem. ſed partes reip. ordinant̄ in finē reip. finis autē reip. eſt ſalus ⁊ permanētia eius. ergo bonū partiū reipublice itēditur in ordine ad finē iſtū. Sed vnūqḋqȝ vult bonū ꝓpriū: ⁊ quanto magis vult: tāto melius eſt. ergo illa pars reipublice melior eſt: que intēdit iſtū finē ꝙ̄ illa que nō intēdit. Scḋm eſt qḋ ꝓponit: ꝙ oīs ciuitas cōponitur ex quali ⁊ quāto: ⁊ exponit quid vocat quale ⁊ quātū. Quale quidē vocat dignitatē: ad quā cōſiderat volēs iſtituere republicam: vel volēs diſtribuere p̄ncipatū: ſicut ſunt diuitie: diſciplina: ingenuitas. Quātū vocat multitudinē: modo ita eſt quādoqȝ qḋ alteri parti ciuitatis ieſt quale: ita ꝙ excedit aliā in qualitate. Alteri parti ineſt quantū: ita ꝙ excedit aliā in multitudine: ſicut vbi grā. Plures ſūt in ciuitate ignobiles ꝙ̄ nobiles: pauperes ꝙ̄ diuites: tn̄ pars illa que abūdat in quāto: tamen nō abūdat in illo quantū deficit in quali. Iſta autem cōſideranda ſunt in determinādo: que vel qualis: cui vel quali cōueniat, comparādo iſta adinuicem: puta defectum ſm vnū ad ſuperabundantiam reſpectu alterius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ubi ergo ſuperat pauperū multitudo eam quā diximus proportionē hic popularis gubernatio exoritur: ac ſpecies ſingule popularis ſtatus ſm multitudinis exuperantiā: ceu ſi agricolarū multitudo plus poſſit: pria ſpēs. Si multitudo tenuiorū ac mercenariorū: vltia ſpēs: ⁊ ſic de alijs: que ſunt harū medie.

¶ Oſtēdit ꝙ qualis quib⁹ ⁊ qualib⁹ cōueniat: ⁊ p̄mo qbus ⁊ qualib⁹ popularis ſtat⁹. Scḋo qb⁹ ⁊ qualib⁹ paucorū potētia ibi. (Ubi aūt ea pars ⁊c̄.) Tertio qbus ⁊ qualib⁹ reſpublica. ibi. (Debet aūt qui ⁊c̄.) In p̄ma dicit: ꝙ quālibet ciuitatē vbi abūdat multitudo egenorū ſm dictam ꝓportionē. ſ. qḋ nō excedat: puta in v̄tute quantū deficit in multitudine diuitū vel egenorū opʒ regi ſtatu populari: vt ſi agricole excedunt: tūc eſt popularis ſtatus agricolarū. Et ſm ꝙ diuerſus eſt populus: ſm hoc opʒ ipſm regi diuerſis ſpēb⁹ popularis ſtatus: vt ſi multitudo agricolarū excedat opʒ regi p̄ma ſpē popularis ſtatus. Si autē multitudo tenuiorū ⁊ mercenariorū: tūc opʒ eam regi vltima ſpē popularis ſtat⁹. Iſti enim minus ſunt ꝑſuaſibiles ⁊ rōne ⁊ magis iclinant̄ ad auaritiam: ⁊ ideo expedit eis magis regi illa ſpē popularis ſtatus: ꝑ quā poſſunt ſatiſfacere magis auaritie ſue. Hec aūt eſt vltia ſpēs: in qua p̄ncipatur ppl's nō ſʒ legē: ſed ſm ſuā ſniā ⁊ voluntatē: vbi aūt multitudo eſt itermedia cōpetit regi eam aliqua ſpecie intermedia: vt ſi excedat multitudo liberorum ſecunda ſpecies debet eſſe. ſi multitudo aliorum quorūcunqȝ tertia ſpecies. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ubi autē ea pars in qua ſunt opulēti ⁊ nobiles magis ſuperat qualitate ꝙ̄ deficiat quātitate: hic paucorū potētia gubernatio qȝ exoritur: ac eodē modo ſingule ſpēs hui⁹ ſʒ exuperantiam iſtiuſmodi hominū.

¶ Oſtēdit qbus cōpetit paucorū ſtatus: ⁊ dicit: ꝙ vbi multitudo diuitū: que plus abūdat: in quali. ſ. in diuitijs ⁊ nobilitate ꝙ̄ deficiat in quāto. i. in multitudine: ibi opʒ eſſe paucorū ſtatus. Et ſm diuerſitatē hꝰ multitudinis opʒ diuerſificare ſpēs paucorū ſtatus: ita ꝙ vbi eſt multitudo diuitū habētiū poſſeſſiones mediocres opʒ regi p̄ia ſpē popularis ſtatus: in qua dominant̄ plures diuites nō nimis excedētes in diuitijs: ſed habētes poſſeſſiones mediocres. Ubi aūt eſt minor multitudo diuitū: ſed habent plures diuitias opʒ regi ſecunda ſpē paucorū ſtatus. Ubi autē ſunt adhuc pauciores diuites ditiores ꝙ̄ primi: expedit illos regi tertia ſpē. Ubi autē pauciores ſunt ⁊ magis diuites opʒ regi illā ciuitatē quarta ſpē: ita ꝙ ſicut ſe habent ſpēs ſtatus popularis quātū ad multitudinē: ſic ſpecies paucorū potentie quantū ad diuitias: ita ꝙ ſicut vbi ſunt pauciores egeni: ſicut vbi ſunt plures agricole dʒ eē primā ſpēm ſtatus popularis: vbi adhuc plures ſecūdā. vbi adhuc plures ꝙ̄ prius tertiā: vbi tota multitudo q̄rtam ⁊ peſſimā: ſic ex parte potentie paucorū vbi ſunt plures diuites habētes mediocres diuitias p̄ma ſpecies: vbi pauciores ditiores: ibi ſecūda. Sed vbi adhuc pauciores ⁊ ditiores tertia: ſed vbi ſunt pauciores ꝙ̄ prius ⁊ valde diuites quarta ſpēs ⁊ peſſima. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Debet autē qui legē ponit in republica ſemper ad medios reſpicere: ſiue enim ad paucorū gubernationē dirigant̄ leges de medijs eſt coniectādū: ſiue ad popularē ſtatum hos reſpicere debʒ: vbi enim mediocriū ſuperat multitudo: vel vtrūqȝ extremū: vel alterū tm̄: hic reſpublica recipit ſtabilitatem.

¶ Oſtēdit qbus cōpetit reſpublica: ⁊ diuidit̄ in duas. In p̄ma facit qḋ dictū eſt. In ſecūda regredit̄ ad declarādū qualiter miſcetur ex populari ſtatu ⁊ paucorū. ibi. (Sunt autē ⁊c̄.) Prima in duas. In p̄ma oſtendit qbus cōpetit reſpublica. Secūdo remouet errorē quorūdā ibi. (Aberrant aūt ⁊c̄.) Adhuc p̄ma in duas. In p̄ma facit qḋ dctm̄ eſt. Secūdo remouet obiectionē que poſſʒ fieri ibi. (Nō enim eſt mer⁹ ne qnqȝ ⁊c̄.) In prima dicit ꝙ legiſlator ſi bene debeat ordinare rēpublicā dʒ aſſumere ad rēpublicā medios. Et hoc quaſcūqȝ leges ponat: ſiue ꝯuenientes potētie paucorū: ſiue populari ſtatui ſemꝑ opʒ coaſſumere medios: qꝛ ſic dʒ ferre leges ⁊ ordinare rēpublicā: vt ꝑ leges poſſit reſpublica ſaluari. Ubi vō multitudo hꝰ mediorū abūdat ſm quale: aut ſm quantitatē vel in vno in cōparatione ad aliud: cōuenit eſſe rēpublicam: que bene

nata eſt

nata eſt regi rectis legibꝰ: ex talibꝰ enim dicta eſt eſſe ipſa igit̃ expedit coaſſumere medios. ⁋ Deinde cũ dicit.

⁋ Non eni eſt metus: ne quandoqꝫ diuites cũ pauperibus conſpirent cõtra mediocres: nũq̃ enim alteri ſeruire alteris vellent. Q̃ ſi cõmuniorẽ aliquã querũt: nullam aliam q̃ iſtã reperirent. Nam per vices gubernare non paterent̃ ꝓpter diffidentiã: que inter eos exiſtit. In cunctis vero locis arbiter eſt fideliſſimus: arbiter autem medius quãdoqꝫ melior eſt gubernatio tẽperata: tãto durabilior.

⁋ Remouet obiectionẽ que poſſet fieri. Aliquis enĩ diceret ꝙ legiſlator nõ dꝫ aſſumere medios: q2 pauperes ⁊ diuites nõ ꝯſentiẽt: ⁊ ſic erit turbatio in ciuitatibꝰ. Remouet hoc: ⁊ dicit: ꝙ nõ eſt timẽdũ qn̄ diuites ꝯſentiant pauperibꝰ. Et rõ huiꝰ eſt: q2 nũq̃ volũt eẽ ſerui dominoꝝ nec diuites nec pauperes: ⁊ ideo querũt cõẽꝫ rẽp. magis. Hoc aũt eſt reſp. ⁊ nõ alia. Si aũt querũt rẽp. cõem nõ inuenirent aliã magis cõem: q2 pauperes nolunt: ꝙ diuites dominent̃ ne opprimant̃ ab illis: nec diuites volunt ꝙ pauperes timẽtes opprimi ab eis: ⁊ iõ querũt fideliorẽ ꝓncipantẽ. Sꝫ vbiqꝫ fideliſſimꝰ eſt ⁊ cõis magis medius ⁊ arbiter. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ reſpublica quãto magis mixta eſt accedens ad equalitatem ⁊ indifferentiaꝫ: tanto magis manſiua eſt. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Aberrant etiaꝫ pleriqꝫ illoꝝ: qui optimates reipublice gubernationes efficere volũt non ſolũ in tribuẽdo nimiũ diuitibꝰ: verũ etiam in excludẽdo plebẽ. Neceſſe eſt enim procedẽte tẽpore ex falſis bonis verũ malũ euenire. Diuitiã enim cupiditates plus habẽdi magis deſtruũt rẽpublicaꝫ q̃ multitudinis.

⁋ Remouet errorẽ quorũdã. Aliqui enĩ fuerunt qui voluerunt facere reſpublicas optimatũ q̃ plus attribuebãt diuitibꝰ q̃ deberẽt: ⁊ q̃ pauperibꝰ. Ꝑhus dicit ꝙ iſti peccauerũt nõ ſolũ in hoc ꝙ plus attribuebãt diuitibꝰ q̃ deberent: ſed in hoc ꝙ paupes nõ audiebãtur in his: in qbꝰ debebãt audiri ſꝫ rectã rõnẽ ⁊ minus attribuebãt eis q̃ oporteret: qm̄ aliqñ ex minꝰ malo venit magnũ malũ: ⁊ ideo q̃uis hoc ſit modicũ malũ. ſ. attribuere diuitibus q̃ pauperibꝰ: tñ ex hoc ſeqtur exceſſus diuitiꝫ. Sꝫ exceſſus diuitiũ magis corrũpit ciuitatẽ q̃ exceſſus paupeꝝ. et rõ huiꝰ eſt: q2 exceſſus qui plus facit diſtare bonũ cõe a cõitate magis corrũpit ciuitateꝫ q̃ qui minꝰ. Sed exceſſus diuitiũ magis facit diſtare a cõitate: q2 bonum cõe trahit ad paucos: q2 pauperes ſunt plures q̃ diuites: quare manifeſtũ eſt ꝙ exceſſus diuitiꝫ magis corrũpit ciuitatẽ q̃ exceſſus pauperũ: quare hoc eſt malũ ⁊ peccatuꝫ in republica plus dare diuitibꝰ. ⁋ Deinde cũ dicit.

⁋ Sunt autẽ illa circa que ſimulant ac fallaciter pretexũt ad populũ qnqꝫ numero: concio magiſtratꝰ: iudicia: armatura: exercitatio.

⁋ Poſtq̃ declarauit que ⁊ qualis reſpublica: qbus ⁊ q̃libꝰ cõueniat: regredit̃ ad declarãdũ qualr̃ reſpublica miſceatur ex paucoꝝ ⁊ populari ſtatu: ⁊ diuidit̃ in duas. In pria oſtẽdit ex qbꝰ eſt mixtio. In ſcda recapitulat ibi. (Quam igit̃ ob cãm ⁊c.) Prima in tres. Primo oſtẽdit qualiter miſceatur. Secũdo oſtẽdit ex qbus eſt: q2 ex habẽtibꝰ arma: ibi. (Ops qdẽ ⁊c.) In tertia aſſignat rõnẽ ꝓpter quã antiqui vocauerũt rẽpublicã popularẽ ſtatuꝫ. ibi. (Sed auctis ⁊c.) Adhuc ꝓma in duas: q2 enĩ reſp. miſcetur ex paucoꝝ ⁊ populari ſtatu: ꝓmo tãgit leges popularis ⁊ paucoꝝ. Scdo infert ex dictis quõ miſcet̃ ex illis ibi. (Itaqꝫ manifeſtũ ⁊c.) Adhuc ꝓma in duas. In ꝓma tãgit leges paucoꝝ ſtatꝰ. Scdo popularis ibi. (Populari ſtatu ⁊c.) In pria tãgit leges paucoꝝ ſtatꝰ: per q̃s intẽdunt ſophiſtice excludere multitudinẽ a republica: ⁊ ꝓmo tãgit ea de qbus ferunt̃ leges. Scdo tãgit leges ipſas ibi. (Circa concionẽ.) In ꝓma dicit ꝙ illa de qbus dñantes paucoꝝ ſtatui ferũt leges fallaciter ⁊ doloſe ꝓponẽtes populo qnqꝫ ſunt numero. ſ. concio: magiſtratus: iudicium: armatura: exercitatio. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Circa concionem quidem licere omnibꝰ adeſſe: ſed pena appoſita diuitibꝰ ſi non aſſint vł ſolis vel maior q̃ multitudini.

⁋ Tangit leges circa iſta: ⁊ ꝓmo tãgit legẽ circa cõcioneꝫ. Scdo circa magiſtratũ ibi. (Circa magiſtratus.) Tertio circa iudicium ibi. (Circa iudicia. (Quarto circa arma ⁊ exercitia ibi. (Eodẽ modo.) In ꝓma dicit ꝙ circa cõcionẽ ordinauerũt fauẽtes paucorũ ſtatui: ꝙ oẽs venire liceret ad concionẽ: ſed vlteriꝰ ordinauerũt: ꝙ diuites ſi non venirẽt haberẽt dãnũ. Pauperes vero nõ. Uł ꝙ diuites multo maius dãnũ reportarẽt q̃ pauperes. et manifeſtũ eſt: ꝙ per iſtã legẽ pauperes excludebant̃: q2 diuites ex hoc ꝙ dãnũ magnũ reportabãt ꝯpellebant̃ venire: pauperes q2 nullũ dãnũ reportabãt nõ curabãt venire: ⁊ ita nõ participabãt ciuitate libẽter. ⁋ Deinde cuꝫ dicit.

⁋ Circa magiſtratꝰ aũt non licere his qui cenſum habent magnum renũciare magiſtratui: pauperibꝰ aũt licere.

⁋ Tangit legẽ circa ꝓncipatũ: ordinauerũt ꝙ oẽs poſſent attingere ꝓncipatũ: ſed vlteriꝰ ſtatuerũt: ꝙ pauperibꝰ liceret renũciare ꝓncipatui: diuitibꝰ vero nõ. ⁊ manifeſtũ eſt ꝙ per iſtã legẽ excludebant̃ paupes: q2 pauperes cũ ſint occupati circa alia facile eſt qđ cũ liceat eis renũciare dimittãt principatum: diuites vero ſemper remanebũt: cũ eis nõ liceat renũciare. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Circa iudicia vero penaꝫ eſſe diuitibꝰ niſi iudicent: pauperibꝰ aũt impunitatẽ: aut illis magnaꝫ: his paruaꝫ penam: vt eſt in Charonde legibꝰ. Quibuſdã vero locis omnibꝰ licet deſcriptis in concionibꝰ iudicijſqꝫ adeſſe. Q̃ ſi deſcripti ſint: ⁊ nõ exerceant: in penas incidũt permagnas: vt metu pene vitent deſcriptionem: ⁊ per non deſcriptionem: neqꝫ iudicia: neqꝫ conciones exerceant.

⁋ Tangit legem circa iudicium ⁊ dicit: ordinauerunt ſuppoſito ꝙ oẽs poſſint attingere ad iudicia. Ulterius ordinauerunt diuitibus damnũ ſi nõ iudicarent ⁊ diſcuterẽt. Pauperibus vero dederunt licentiaꝫ de nõ diſcutiendo: vel ſi ordinauerũt damnũ vtriſqꝫ: tamẽ diuitibꝰ magnũ damnũ: pauperibꝰ modicum: ſicut ordinatuꝫ fuit in legibus Charonde. In aliquibꝰ vero paucorũ gubernationibus licebat quidẽ omnibꝰ diſcutere in iudicio ⁊ intereſſe cõgregationi: preſcriptis tamẽ penis. Si vero cõtingeret ꝙ ſcripti nõ intereſſent vel non diſcuterent imponebantur magne damna: ita vt ꝓpter fugam damni nõ appeterent ſcribi: ⁊ ſic ſi non ſcriberentur nec intereſſent iudicio. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Eodem modo circa arma ⁊ circa gymnaſia

legibus ſtatuunt. Pauperibus enim licet nõ habere arma. Diuitib⁹ aũt pena conſtituta eſt niſi habeant: ⁊ ſi in gymnaſio ſe nõ exerceant pauperes nulla pena eſt. Diuitibus aũt eſt pena: vt alij metu pene ſe exercere cõpellant̃: alij q² nullã formidẽt penã nõ faciant. Hec igitur paucoꝝ potẽtie ſunt machinamẽta.

℄ Tangit legẽ circa arma ⁊ exercitia ſil: ⁊ dicit ꝙ eodem mõ tulerũt legẽ de poſſeſſione armoꝝ: ⁊ circa exercitia ipſoꝝ: ⁊ ordinauerũt ꝙ liceret egenis nõ hr̃e arma. Diuitibus ſi nõ haberẽt ordinauerũt magnũ dãnũ: ſilr̃ circa exercitiũ ordinauerũt ꝙ pauperes ſi ſe nõ exercitarẽt in armis nullũ dãnũ haberẽt. Sʒ diuitib⁹ ordinauerũt magnũ dãnũ: ſic aũt ordinauerũt vt diuites ꝑ dãnũ haberent arma: ⁊ vſum armoꝝ: ⁊ ſic haberẽt ſoli poteſtatẽ ⁊ tenerent ꝑncipatũ: pauperes vͦ q² nõ timerẽt dãnũ nõ haberẽt arma ⁊ vſum armoꝝ: ⁊ per ꝯñs nõ participarẽt ꝑncipatu. Et tũc cõcludit ꝙ hec ſunt ſophiſmata de legiſlatione: per que volunt fauentes paucoꝝ potentie excludere multitudinẽ a ciuilitate. ℄ Deinde cũ dicit.

℄ In populari autem ſtatu contra hec alia excogitant: pauperibus enim ſalaria ſtatuunt concionantib⁹ atq₃ iudicantib⁹. Diuitibus autem nullam penam imponũt.

℄ Oſtẽdit qualr̃ fauẽtes populo ſapiẽter aduerſant̃ iſtis: ⁊ dicit ꝙ fauẽtes ꝑplo in politia ſua ſapienter aduerſant̃ iſtis: ꝯtra enĩ oĩa iſta ordinauerũt ꝙ pauperes q conuenirent ad ꝯgregationẽ ⁊ diſcuterẽt haberent mercedẽ: diuites vͦ ſi nõ venirẽt nullũ dãnũ reportarẽt. Et ꝑ iſtã legẽ monſtrat̃ ꝙ excludebant̃ diuites. Pauperes. n. ſcientes ꝙ haberẽt mercedẽ libẽter veniebãt. Diuites aũt ſcientes ꝙ nullũ haberẽt dãnũ ſi nõ irent nõ curabãt ire: maxime q² non honorabant̃: ⁊ ſic tota poteſtas dimittebat̃ penes multitudinẽ. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Itaq₃ manifeſtum eſt: ſi quis velit iuſto hec tẽperare qͦd opʒ vtrinq₃ aſſumere: ⁊ his quidem ſalaria cõſtituere: his autẽ penam. Sic. n. oẽs cõmunicarent: nam in illo quidem modo reſpublica fit alteroꝝ ſolum.

℄ Cõcludit qualr̃ reſp. ſit miſcenda ex paucoꝝ ⁊ populari ſtatu: ⁊ dicit ꝙ manifeſtũ eſt ex dictis qualr̃ reſp. miſcenda eſt ex illis: mixtũ. n. dʒ aliqualr̃ hr̃e miſcibilia: ⁊ aliqualiter nõ: ⁊ iõ ſi recte fiat mixtio ex iſtis opʒ accipe ea que pertinẽt vtriſq₃ ſʒ partẽ: ⁊ ordinari pauperib⁹ mercedem ſi veniant: diuitib⁹ vero dãnũ ſi nõ veniant: ⁊ iſto mõ oẽs cõicabũt ciuilitate: ſʒ ꝑdictis modis altera ſolũ vt reſp. tãtũ ſit paucoꝝ. i. ꝑplo fauẽtiũ. ℄ Deinde cũ dicit.

℄ Opʒ quidẽ rẽpublicã eſſe ex his ſolũ qui arma poſſident: cenſus aũt magnitudo diffiniri ſimplr̃ nõ põt: ſed cõſiderata qualitate adiũgatur largiſſim⁹: vt qui participãt reipublice ſint plures q̃ hi q nõ participãt hoc iſtituere.

℄ Oſtẽdit ex qbus eſt reſp. ⁊ ꝑmo oſtẽdit ꝙ eſt ex vtẽtib⁹ armis maxie. Secũdo ꝙ eſt ex illis q vſi fuerunt armis ibi. (Apud quoſdã.) Pria ĩ duas. In ꝑma facit qͦd dictũ eſt. Scdo aſſignat cãm cuiuſdã dicti ibi. (Volunt enim.) In ꝑma dicit ꝙ reſp. dʒ eẽ ex habẽtib⁹ arma ⁊ vtẽtib⁹ iam in actu ipſis. Et rõ hui⁹ eſt. q² reſp. dʒ eẽ ex medijs: ⁊ iõ dʒ eſſe ex illis: in qb⁹ ſunt plures medij: tales ſunt vtẽtes armis. Quãta aũt debʒ eẽ multitudo ciuitatis ⁊ cenſus nõ eſt determinatũ nũc: opʒ enim cenſum in ciuitate determinare ſʒ regionẽ: ⁊ ſʒ potẽtiã aduerſarioꝝ. Opʒ ẽt tãtã eẽ multitudinẽ quãtã regio poſſit nutrire: ⁊ tãtã ꝙ poſſit repellere aduerſarios. ℄ Sʒ aduertẽdũ ꝙ qualitas ⁊ bona diſpoſitio ſʒ diſciplinã vel mores multũ addit ad bonitatem reipublice: ⁊ iõ cõſideratis hͦ qualitatib⁹ ⁊ circũſtãtijs dʒ addi largior cẽſus q̃ põt: q² ſic plures poterũt participare magiſtratu: qͦd quidẽ expedit iſtituere: vt. ſ. plures participẽt magiſtratu. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Volunt enim pauperes ⁊ honoꝝ expertes quietem agere: ſineq₃ cõtumelia eos qs afficiat: neq₃ bona illis auferat: ſed hoc nõ facile. Nõ enim ſemper cõtingit vt qui rẽpublicam gubernant ſint mites ⁊ humani: ⁊ conſueuerũt quotiẽs bellum eſt grauiter ferre: niſi ſuſcipiant alimẽta: nam ſunt egeni: ⁊ ſi quis alimẽta porrigat cupiunt bellum.

℄ Aſſignat cauſam cuiuſdã dicti. ſ. ꝙ opʒ eẽ plures participãtes rep. q̃ nõ participãtes: ⁊ dicit ꝙ pauperes in ciuitate exiſtẽtes abſq₃ ꝑncipatu volũt viuere qete ⁊ ſine turbatione: dato ꝙ nullus moleſtet eos: ⁊ dato ꝙ nihil auferatur ab eis de bonis ſuis: ſed iſtud nõ eſt facile: q² frequenter ꝯtingit ꝙ ꝑncipãtes nõ ſint mites ⁊ hũani: ⁊ iõ difficile eſt ꝙ nõ ſuſcipiãt pauperes moleſtiã. Itẽ illi qui vtũtur armis qñ bellũ dʒ fieri volũt recipere alimẽtũ a pauperib⁹ ſi ſint aliq pauperes: ⁊ ſi nõ recipiãt mouẽt bellum ꝯtra illos: ⁊ ſi accipiãt pauperes volunt iſurgere. Ut igit̃ nõ poſſint iſurgere cõtra ꝑncipãtes: expedit eẽ plures habentes arma q̃ nõ habẽtes. ℄ Deinde cũ dicit.

℄ Apud quos gubernatio reip. exiſtit nõ in his qui ad armaturam ſunt habiles: ſed in his q exercebant arma. In Malienſib⁹ quidem gubernatio reip. erat in iſtis: ⁊ magiſtratũ creabant ex his qui militabãt. Prima que reſpu. apud Grecos ꝯſtituta eſt ex his: qui bellũ gerebãt: ab initio quidẽ ex equitib⁹: nam robur belli tũc in equitibus habebatur. Peditatus enim niſi ordo ac diſciplina aſſit iutilis eſt. Huiuſmodi autem diſciplina ⁊ ordo antiquis illis temporibus nondum erat: ex quo fiebat vt in equitatu robur belli haberetur.

℄ Oſtẽdit ꝙ reſp. nõ tm̃ eſt ex illis qui poſſidẽt: ſed ex illis qui poſſederũt arma ⁊ habuerũt vſum eoꝝ: ⁊ dicit ꝙ apud aliquos eſt reſp. nõ ſolũ ex illis q vadũt ad arma: ⁊ vtunt̃ eis iam actu: ſed ex eis qui fuerunt ⁊ vſi ſunt. Et rationabiliter hoc eſt: quia illi ſunt magis exercitati in actibus virtutum ⁊ in armis. Rationabile autem eſt ꝙ reſp. ſit ex illis: qͦd declarat per quandam rẽp. dicens: ꝙ apud Malienſes erat reſpub. ex his qui fuerant in armis ⁊ vſi fuerant. Uerũtamen principantẽ eligebãt ex militibus ſiue ex illis qui iam vtebãtur armis. Prime etiam reſp. fuerunt magis ex prelиantibus ⁊ vtentibus armis preter ꝑncipatus regales. Principem autẽ eligebãt de equeſtribus: ⁊ reſp. que fuit a principio fuit ex equeſtrib⁹: quia robur belli tũc in equeſtribus habebatur. Peditatus autẽ eſt omnino inutilis: niſi adſit ordo ⁊ diſciplina: ſed qualis ſit hͦ ordo ⁊ diſciplina non fuit cognitum antiquis: ⁊ ꝓpterea totum robur ⁊ excellẽtia exercitus habebatur ex equeſtribus. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Sed

¶ Sed anctis ciuitatibus: que in armis potentiaꝫ habebant plures ad cõionem reip. recepti ſunt: ex quo factũ eſt vt quas nunc reſp. vocamus: tũc popularis ſtatus diceret.

¶ Aſſignat cãm cuiuſdã dicti. Aliqui eniꝫ iſtã rẽp. vocauerunt popularẽ. Alij paucoꝝ: ideo cãm huius aſſignat: ꝛ ꝑ quare dixerũt eandẽ popularẽ ſtatũ. Secũdo quare paucorũ ibi. (Fuerat eniꝫ ꝛc̃.) In prima dicit: ꝙ creſcẽtibus ciuitatibꝰ cõtingit: ꝙ erat magna multitudo habentium arma qui dñabantur. Ubi aũt multitudo dñatur ſtatus popularis eſt: ꝑpter qđ quidam dixerunt illam quã vocamus rẽp. popularẽ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fuerat enim antiqua ciuitatũ gubernatio rationabilr̃ paucoꝝ ꝛ regia: ꝑpter paucitatẽ. s. hominũ nõ erat magnꝰ numerus mediocriuꝫ. Itaqꝫ pauci cũ eẽnt multitudine ꝛ inſtitutione magis ferebãt ab alijs gubernari.

¶ Oſtendit quare vocauerũt eã paucoꝝ ſtatum: ꝛ dicit ꝙ antique reip. rõnabiliter erãt fauentes paucoꝝ: ꝛ regalis. Antiquitꝰ eniꝫ pauci erãt hoĩes inhabitãtes ciuitates: ꝛ iõ pauci erant medij: ꝛ qꝛ pauci erãt ſꝫ multitudinẽ paucorũ erãt: ſꝫ qꝛ bene erant ordinata: bene ſuſtinebant principatũ ꝛ ſufficiebantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quam igitur ob cauſam plures ſint rerũp. forme: ꝛ quãobrẽ preter alias: que neqꝫ dicũtur popularis gubernationis vna eſt ſpẽs: neqꝫ aliarũ ſimiliter: ac ꝑterea que differẽtie ſint inter eas: ꝛ quare accidat: ꝛ inſup que ſit optima reſp. ꝛ vtplurimũ dici poteſt: ꝛ aliarũ q̃lis ꝛ qualibꝰ congruat dictũ eſt.

¶ Recapitulat dicta a principio quarti: ꝛ dicit qđ dictũ ẽ in precedẽtibꝰ ꝑpter quam cãm ſunt plures reſp. ꝛ ꝑpter quã cãm ſunt alie reſp. preter ſex reſp. acceptas ſꝫ genus: vt ſunt plures populares ꝛ paucorũ ſtatus ꝛ optimatum ꝛ nõ vna numero ſolum. Iteruꝫ dictum eſt qualiter differant adinuicem: ꝛ que ſit optima reſp. ꝛ ꝑpter quã cauſam accidit: ꝛ quibus expediat.

Rurſus autẽ ꝛ cõiter ꝛ ſeparatim de vnaquaqꝫ dicemꝰ eoꝝ: que poſt hoc ſequũtur cõuenientẽ ſũpto principio. Sũt ergo tres partes omniũ rerũp. in ſingulis: quarũ ſtudioſus legis poſitoꝛ conſiderare dꝫ vtilitatẽ quibꝰ bene ſe habentibus neceſſe eſt rẽpu. bene ſe habere ꝛ gubernandi formas inter ſe differre in eo ꝙ ſingule iſtarũ differũt. Harũ triũ partiuꝫ vna eſt que verſat̃ in publicis ꝯſilijs. Altera in magiſtratibꝰ: hoc eſt quos eſſe opꝫ: ꝛ quaꝫ poteſtatẽ habere: ꝛ quẽadmodum debeant creari. Tertia pars in iudicijs conſiſtit. Lec. XII.

¶ Poſtq̃ꝫ ꝑhus determinauit: que reſp. eſt optima: ꝛ que ꝛ qualis: quibꝰ ꝛ qualibꝰ cõueniat: determinat de quibuſdã partibꝰ reipu. ſ. de conſiliatiuo ꝛ dñatiuo ꝛ iudicatiuo. Et ꝑmo dat itẽtionẽ ſuã. Secũdo ꝓſequitur ibi. (Et pars ꝛc̃.) In prima dicit ꝙ poſtq̃ꝫ determinatũ eſt de vnaq̃qꝫ rep. ꝛ in cõi ꝛ diuiſiꝫ. Cõſequẽter dicendũ eſt de quibuſdã ex quibꝰ pẽdet cõſideratio determinatoꝝ: ꝛ dicit rurſus: qꝛ in tertio facit mentionẽ de ipſis: ꝛ accipiẽdũ eſt principiũ cõueniẽs illis. ſ. ꝙ ſunt tres partes rerũp. de qbus ſtudioſus legiſlatoꝛ dꝫ cõſiderare ꝛ cõferre ſm rõnem de illis. Illis eniꝫ bene ſe habẽtibꝰ neceſſariũ eſt rẽp. bene eſſe ordinatã: ꝛ male ſe habẽtibꝰ male: ꝛ ſm differẽtiã iſtoꝝ adinuicẽ neceſſe eſt reſp. differre: qꝛ per iſtã diſtribuit̃ reſp. que eſt ordo principantiũ. Iſtaꝝ autem vna pars eſt que cõſiliatur de cõibus ciuitatis. Alia eſt que verſatur circa ꝑncipatus: ꝛ hoc eſt quos opꝫ eẽ ꝑncipes: ꝛ quoꝝ debẽt eẽ dñi: ꝛ qualr̃ aſſumant̃ vtrũ per ſortẽ vel ꝑ electionẽ. Tertia ps eſt que verſat̃ circa iudicia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ea pars que conſulit auctoritateꝫ habet de bello ꝛ pace: de ſocietate incũda vel diſſoluẽda: de legibus ferẽdis vel abrogãdis: de morte: de exilio: de publicatione bonoꝛum: ꝛ rationibus repoſcendis.

¶ Proſequitur. ꝛ ꝑmo de cõſiliatiuo. Secundo de ꝑncipatu ibi. (De cõſultãdo ꝛc̃.) Tertio de iudicatiuo ibi. (Reliquũ ex ꝛc̃.) Prima in duas. Primo tãgit de qbus cõſiliantur in cõi. Secũdo ꝓſequitur de ipſo cõſiliatiuo ibi. (Neceſſe eſt eniꝫ ꝛc̃.) In ꝑma dicit ꝙ dominãs in ciuitate cõſiliatur de bello: vtrũ bellandũ ſit vel non: ꝛ de pace vtrũ pax debeat fieri cũ aduerſarijs vel nõ. Conſiliatur etiã de ꝓpugnatiõe ꝛ de diſſolutiõe: vtꝝ ſimul vel ſeparatim debeat pugnare. Iteꝝ cõſiliatur de legibꝰ qualiter ſint ferẽde. Cõſiliat̃ ẽt de morte alicuius: vtrũ expediat aliquẽ qui fuit cõtra ciuitatẽ iterfici vel relegari. Iteruꝫ de populatione qualiter debeat ſi indigeat ciuitas populari: ꝛ ex quibus. Iterum qualiter principantes debẽt eligi ꝛ corrigi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neceſſe eſt eniꝫ vel omnibꝰ ciuibus hec oĩa decernenda tribuere: vel quibuſdam: ceu vni cuidã magiſtratui: aut pluribꝰ: vel alijs alia: vel quedã illoꝝ omnibꝰ quedã quibuſdaꝫ.

¶ Proſequitur de ipſo cõſiliatiuo declarãdo eiꝰ ꝯſiliatiuũ cui cõpetat reip. Et ꝑmo ponit diuiſionẽ vnã. Scđo oſtẽdit qbus reſp. ꝯpetant mẽbra ipſiꝰ ibi. (Oẽs igit̃ ꝛc̃.) In ꝑma dicit ꝙ neceſſariũ eſt aut oĩa iudicia dare oĩbus ciuibus: ita ꝙ oẽs ciues de oĩbus iudicent: aut quibuſdã oĩa: ſicut ꝑncipãti vniãt pluribꝰ ſi ſint plures ꝑncipantes: aut alia alijs: ita ꝙ qdã iudicẽt de qbuſdã: alij de alijs: aut de qbuſdã oẽs: aut qdã de qbuſdã. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Omnes igitur ꝛ de oĩbus populare eſt: talem enim equalitatem affectat populus.

¶ Oſtẽdit ꝑmo qbꝰ ꝯpetãt mẽbra. Scđo determiat q̃daꝫ cõueniẽtia qbuſdã rebuſp. ibi. (Confert aũt ꝛc̃.) Prima adhuc diuidit̃ in duas. In ꝑma oñdit qbꝰ rebuſp. ꝯpetãt mẽbra ꝑdicta. Et diuidit̃ in tres. Prio. n. oſtendit qs modus cõpetit populari ſtatui. Scđo cũ dicit. (Quoſdã vero ꝛc̃.) quis paucoꝝ ſtatui. Tertio qs optimatũ cũ dicit. (Sed quãdo ꝛc̃.) Adhuc prima in duas. In ꝑma tangit quis modus cõpetat populari ſtatui. In ſecũda cũ dicit. (Sunt aũt ꝛc̃.) ſubdiuidit ipm declarando q qbus modis eius ꝯueniũt. In ꝑma dicit ꝙ ad popularẽ ſtatũ pertinet: ꝙ oẽs iudicẽt ꝛ deliberẽt de oĩbus. Et rõ huius eſt: qꝛ fauẽs populo intẽdit eq̃litateꝫ: hoc aũt videt̃ eſſe equalitas: ꝙ oẽs attingãt ad iudiciũ de oĩbus: quare iſte modus pertinet ad popularem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt autem plures modi. Unꝰ ſi ſingulariter: ꝛ nõ ſimul omnes: vt eſt in repub. Theledei milleſij. Et in alijs rebuſp. deliberãt ma

giſtratus ſimul collecti. Ad magiſtratũ vero vadũt oẽs ſingulatim ex trib⁹: τ partib⁹ etiam minutis donec trãſeat per oẽs. Cõgregat̃ aũt populus ſolũmodo pro legib⁹ ferẽdis: τ pro his que pertinẽt ad reip. ſtatũ: τ pro his audiẽdis: que a magiſtratib⁹ annũciant̃.

¶ Subdit modũ iſtũ. et diuidit̃ in q̃tuor ſm ꝙ ponit q̃tuor modos declarãs: qbus modis populari ſtatui cõpetunt illi modi. 2ª ibi. (Alius modus τc̃.) 3ª ibi. (Ali⁹ modus eſt vt.) 4ª ibi. (Quartus modus τc̃.) In prima dicit ꝙ ei⁹: qḋ eſt oẽs iudicare de oib⁹ plures ſunt modi. Un⁹ eſt ꝙ oẽs attingãt ad iudicia oia: ſed ꝙ nõ oẽs ſimul conueniãt: ſed ſm ptẽ: ſicut accidit in rep. Milleſij τ in alijs. De qbuſdã enim rebuſp. cõſiliant̃ pncipãtes. Cõueniunt aũt oẽs ſm partẽ: vt ſm tribus τ partes minimas: ita ꝙ modo vadit vna pars: cras alia: ita ꝙ nõ ſit aliq̃ pars que nõ attingat ad ciuilitatẽ. Iſte aũt modus competit pmo modo populari ſtatui ſʒ quẽ pncipant̃ agricole habẽtes diuitias mediocres τ ſʒ leges nõ ſm volũtatẽ. Tales. n. nõ ſemꝑ poſſunt venire: qꝛ hñt viuere de agricultura circa quã opʒ eos laborare. Et ideo neceſſariũ eſt eos venire ſʒ ptẽ: aliqñ tñ opʒ oẽs venire ſil' vt qñ dʒ ferri lex aliq̃. ſimil'r quãdo debʒ tractari de his que pertinent ad rẽpublicam: etiã quando debent audire reſponſiones a principibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alius modus eſt omnes ſimul ↄuenire: aut ſolũ modo ad magiſtrat⁹ creandos: aut ad ferendas leges: τ pro bello vel pace: τ ad rationes repoſcẽdas. In ceteris vero eos qui magiſtratũ gerũt decernere ad ſingula deputatos: vel per electionẽ: vel per ſortem.

¶ Ponit ſcd̃m modum. Et dicit ꝙ ſecũdus modus eſt: ꝙ oẽs cõueniãt ſimul: τ hoc in magnis ſolũ: ſicut in electione pncipis vel pncipantiũ: τ quãdo dʒ lex aliqua dari: ſimiliter quãdo dʒ tractari bello vel de pace: ſimil'r quando debẽt fieri correctiones pncipantiũ. Alia vero dimittuntur pncipantib⁹ qui aſſumẽdi ſunt vel per electionẽ: vel ꝑ ſortẽ. Et ↄpetit ſcd̃o mõ populari ſtatui: in quo multitudo nõ hʒ ſufficiẽtes diuitias: ideo opʒ principatũ cõmittere aliquibus. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Alius modus eſt: vt ad magiſtratus creandos: τ ad rationes repoſcẽdas cõueniant oẽs ciues: τ ad deliberationẽ belli ſuſcipiendi: vel ſocietatis ineũde. Cetera vero magiſtrat⁹ exequant̃ ꝑ electionẽ creati: qḋ fieri põt: talia ꝓo ſunt quot exercere neceſſariũ ẽ eos qui ſciũt.

¶ Ponit tertiũ modũ. et dicit ꝙ terti⁹ modus eſt quãdo oẽs cõueniũt in magnis: ſicut in correctionib⁹ principũ: τ tñ debet tractari de bello: τ de pugnatiõe. Alia autẽ dimittuntur pncipib⁹ qui eligũtur a qbuſcũqꝫ qui ſciũt pncipari. Et differt iſte modus a pmo: qꝛ in pmo nõ eliguntur pncipãtes ex qbuſcũqꝫ: ſʒ in iſto eligunt̃. Iſte aũt modus cõpetit tertio modo populari ſtatui: in quo aſſumuntur pncipes ex qbuſcũqꝫ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quartus modus eſt: vt omnes de omnib⁹ cõuenientes deliberent. Magiſtrat⁹ vero de nullo ſtatuant: ſed tantũ primo loco ſententiã dicãt: quemadmodũ fit in extrema illa gubernatione populari: q̃ʒ in paucorũ gubernatiõe ſpeciei illi violẽte: τ in gubernatione vnius tyranni correſpondere diximus. Hi ergo modi populares omnes.

¶ Ponit quartũ modũ. et dicit ꝙ quart⁹ modus eſt qñ oẽs de oibus cõſiliant̃ τ iudicant: ita ꝙ nihil oio dimittitur pncipãtibus: ſed ſolũ referre: ſic aũt eſt in vltimo modo popularis ſtatus: in qua multitudo pncipat̃. Et iõ iſte modus quart⁹ cõpetit quarto modo populari ſtatui: q vt dictũ eſt ſupeꝛ⁹ ꝓportiõabilis eſt quarto modo paucorũ ſtatui: qui qdeʒ eſt potẽtatus ꝓportionabilis monarchie tyrãnice. Sicut eniʒ iſta monarchia tyrãnica peſſima eſt τ ẽt hec paucoꝝ potẽtia peſſima iter alias ſpẽs ei⁹: ita iſte quartus modus popularis ſtatus peſſim⁹ eſt iter oẽs modos popularis ſtat⁹. Et vlteri⁹ cõcludit ꝙ oẽs iſti ſunt de ſtatu populari: quia conueniunt popularis ſtatus modis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoſdaʒ vero de omnib⁹ paucoꝝ potẽtie: habʒ aũt τ hoc differẽtias plures.

¶ Oſtẽdit quis modus eſt paucis potẽtie. et diuiditur in duas. In pma ponit modũ mixtũ. Secũdo põit modos pure paucoꝝ dominãtiũ ibi. (Quãdo vero τc̃.) In pma dicit ꝙ quãdo aliqui cõſiliant̃ de oibus: eſt modus paucorũ. Et iſte modus diuidit̃ in plures: quãdo. n. de oibus cõſiliant̃ aliq diuites nõ habẽtes diuitias excellẽtes ſed mediocres: τ ſunt plures ſm multitudinẽ plures habentes hꝫ diuitias: τ pncipant̃ ſm legẽ: ita ꝙ legẽ nõ poſſunt mutare: nec facere que ꝓhibet: ſed exequi ea que ꝑcipit: τ poſſunt attingere ad principatuʒ: tunc eſt vnus modus paucoꝝ dominãtiuʒ: ſed ciuilis eſt ꝓpter moderatas habere diuitias. Tales enim medij ſunt in ciuitate. reſpub. autem ex medijs eſt: quare iſte modus mixtus eſt τ paucorum ſtatu τ rep. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quãdo eniʒ a mediocri cẽſu fiat aſſumptio τ multi aſſumũtur propter eaʒ cẽſus mediocritatem: τ que lex vetat non moueant: ſed ſequant̃. Et liceat acqrenti cenſum habere: paucorũ eſt hꝫ gubernatio: ſed tamen ciuilis propter eius mediocritatem.

¶ Tangit alios modos paucoꝝ ſtat⁹ pure. Et dicit ꝙ qñ qꝫ nõ oẽs diuites cõſiliant̃ de oibus: ſed quidã electi ditiores poꝛibus τ pncipant̃ ſm legẽ paucoꝝ potentie eſt τ quãdo adhuc ditiores pncipant̃ oibus: τ ↄſiliant̃ τ pauciores: τ habent poteſtatẽ eligendi illos: qui deficiunt in principatu: τ filij eoꝝ ſuccedunt in principatu: ſed adhuc principant̃ ſm legem: vel quando principant̃ pauciores q̃ʒ paus τ ditiores: τ principãtur non ſm legem: ſed ſm ſuas ſententias: ita q' domini ſunt legis: qꝛ poſſunt ferre legem vel mutare: tunc eſt paucoruʒ potentia ſm diuerſos modos eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quando vero nõ omnes principes ſunt: ſʒ qui eligũtur: τ ſm leges gubernant: vt prius paucorũ potẽtie eſt. Quãdo aũt ipſi ſe eligũt qui deliberandi auctoritatẽ habent: τ quãdo fili⁹ patri ſuccedit: ac dñi ſunt legũ: neceſſe eſt hꝫ gubernationẽ eſſe paucorũ potentiũ. Sed quando aliquorũ aliq: ceu cũ de bello τ pace: τ repetẽdis rationib⁹ vniuerſi. De alijs autẽ magiſtrat⁹ electi: vel ſorte aſſumpti optimatũ ideſt vel eius: qui appellat̃ reſpublica.

¶ Oſtẽdit

¶ Oſtendit quis eſt modus optimatū. ⁊ circa hoc duo facit. Primo enim tāgit quis modus eſt optimatū pure. Secundo cū dicit: qd̄ ſi de quibuſdā electi ⁊c̄. Oſtēdit quis eſt mixt⁹ ex paucoꝝ ⁊ optimatum ſtatu. In p̄ma dicit: ꝙ q̄n oēs cōſiliant̄ de quibuſdā magnis: ſicut de pace: vtrū debeat fieri cū adverſarijs: ⁊ de bello: ⁊ de correctiōe: ⁊ alia permittunt̄ p̄ncipantib⁹: qui ſunt accipiēdi vel p̄ ſortem vel per electionē: modus eſt optimatū vel ciuilis: q2 enim magna ſunt ⁊ periculoſa magnā inimicitiā habent. Maiorem vero inimicitiā h3 aliquis ad paucos: vel ad aliq̄s q̄ ad totā multitudinē: q2 diuiditur in plures: ꝓpter hoc minor eſt ad ſingulos. Et ideo in talibus oēs debēt iudicare. In alijs iudicare poſſunt principes: in quib⁹ nō ſunt magna pericula. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qd̄ ſi de quibuſdam electi: ⁊ de quibuſdā v̄o ſortiti: ⁊ ſortiti vel ſimpl'r: vel ex prelatis: vel cōiter electi: ac ſi ſortiti ptim optimatū eſt: partim reip. ipſi⁹. Diſtinguit̄ ergo ea pars: que in cōſulēdo: deliberando ve conſiſtit in hūc modū pronā reip. Et adminiſtrat̄ vnaq̄q3 reſpublica ſm̄ h⁹ terminationem.

¶ Oſtēdit quis modus mixtus eſt ex p̄cedēti ⁊ ciuili intēdens dicere: ꝙ ſi de quibuſdā oēs cōſilientur: ſicut de magnis. De alijs aūt p̄ncipātes qui aſſumunt̄ per electionē: aut ſi cōtingat: ꝙ de quibuſdā eligant̄ aliqui p̄ncipantes p̄ ſortē: ⁊ hoc vel cōiter ex quibuſcūq3. ſ. indifferēter: vel aſſumant̄ ex aliq̄bus: prius inq̄ſito ⁊ facto iudicio vel ſcrutinio de illis ex quibus aſſumēdi ſunt per ſortem: vel ſi aſſumant̄ de oībus per electionē hoc pertinet ad optimatus vel rēp. qd̄ enim per electionē: ⁊ ex quibuſdā optimatū eſt: qd̄ autē per ſortē magis ciuile eſt. Ulterius cōcludit q̄ſi recapitulādo: ⁊ cōſiliatiuū de eis: que ordinant̄ ad reſpub. h3 diuidi: ſicut dictū eſt: ⁊ quel3 reſp. diſponit̄ ⁊ regit̄ cōſiliatiuo ſm̄ modū dictum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Confert aūt ⁊ gubernationi illi: que nūc maxime videt̄ eſſe popularis. Dico aūt ei in qua populus domin⁹ eſt etiam legū in deliberando ac melius diſponēdo hoc idē facere in concionib⁹: qd̄ fit circa iudicia in paucorū potētia Imponūt enim penam illis quos iudicare volūt vt iudicēt. Populares vero mercedē ſtatuūt pauperib⁹. Meli⁹ enim deliberabūt ſi oēs conſilio interſint: ppl's quidē cū nobiliorib⁹: iſti autem cum populo.

¶ Determinat quedā expediētia rebuſp. quibuſdā. ſ. populari ⁊ paucorū ſtatui. Et p̄mo tāgit expediētia popularis ſtatus. Secūdo paucoꝝ ibi. (Paucoꝝ vero ⁊c̄.) Prima in tres ſm̄ ꝙ ponit tria expediētia. ſcd̄a ibi. (Cōfert etiā per electionē aſſumi ⁊c̄.) 3ª ibi. (Cōfert ēt ſi plurium ⁊c̄.) In p̄mo dicit: ꝙ populari que maxime apparet eſſe popularis: ſicut eſt q̄rta ſpēs: in qua populus tot⁹ dn̄atur nō ſ3 legē ſed ſm̄ ſniam: expedit ⁊ meli⁹ eſt facere illud qd̄ obſeruatur in iudicijs: ⁊ in paucoꝝ ſtatu. ſ. ꝙ de diuitibus ſi nō ꝯueniāt ad iudiciū ⁊ congregationē ordinet̄ damnū magnū: pauperib⁹ ſi venerint ad ꝯgregationē merces. Et ratio hui⁹ eſt: q2 ſi venerint ⁊ diuites ⁊ pauperes: meli⁹ deliberabūt: ⁊ ſanius oīs populus. ſ. diuitib⁹ ⁊ ecōuerſo. Qd̄ enim nō videbūt diuites: videbūt pauperes: ⁊ econuerſo. Et tūc q̄ñ cōiter deliberabūt: cōiter exeq̄ntur: ꝓpter qd̄ expedit huic ſpēi populari ordinare diuitibus damnū ſi nō venerint ad congregationē pauperibus mercedem ſi venerint. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Confert etiam per electionē aſſumi eos qui deliberaturi ſunt: vel per ſortem equaliter ex partibus ciuitatis.

¶ Ponit ſecundū expediens: qd̄ cōpetit alijs ab vltimo modo populari. Et dicit ꝙ expedit populari ſtatui: ꝙ ad ꝯſiderandū vel iudicandum eligant̄ aliqui de oībus: vt tot de diuitib⁹: tot de pauperib⁹: tot de turba: tot de alia: vel tot de iſto vico: tot de alio: ita ꝙ ſemp̄ ꝯſeruet̄ equalitas: vt quot aſſument̄ de quibuſdā: tot aſſument̄ de alijs ſm̄ equalē ꝓportionē. Et ratio eſt: q2 meli⁹ exequunt̄ deliberatiōes ⁊ magis cōcordes erūt. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Confert etiam ſi plurium excedat multitudo plebis eos: qui ſunt in gubernāda rep. peritiores: vel nō oīb⁹ mercedē tribuere. S3 quantis reſpōdet numero nobilitatis vel ſortiri p'les.

¶ Ponit tertiū expediēs: ⁊ videt̄ eſſe cautela cōtra aliq̄d: ꝙ poſſet dici ꝯtra p̄mū expediēs. Dicebatur enim ꝙ merces erat dāda pauperib⁹: ſi venirēt ad ꝯgregationē. Pōt aūt dici ꝙ nō eſt hoc expediēs: quia tūc multi venient: ⁊ tūc cū ſint plures q̄ diuites deliberabūt ſm̄ ꝙ placebit eis: ⁊ nollent illud obſeruari: ⁊ ſic erit diſſolutio. Cōtra h̄ ponit expediens: ⁊ dicit: ꝙ ſi pauperes ſm̄ multitudinē excedāt viros ciuiles: ſicut medios ⁊ inſignes: aut quoſcūq3 alios: cum non eſt danda merces oībus niſi ſm̄ ꝓportionem ad multitudinem diuitum: aut multos op3 priuare a cōgregatione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In paucorū vero gubernationib⁹: aut eligere quoſdā ex multitudine: aut tale aliquid cōſtituere: quale eſt i quibuſdā ciuitatib⁹: quos appellant p̄conſultores: ac legū cuſtodes: ac de his ſolū modo reb⁹ ad conſiliū referre: de q̄b⁹ iſti ante deliberauerūt: per hūc. n. modū populus interueniet in deliberando: nec tollere quicq̄3 de republica valebit.

¶ Tangit cautelas ꝯueniētes paucis. Et diuiditur in tres ſm̄ ꝙ tāgit tria. ſcd̄a ibi. (Inſuper aut illa ⁊c̄.) tertia ibi. (Et oppoſitū ei⁹ facere ⁊c̄.) In p̄ma dicit: ꝙ ad hoc ꝙ hīi cōſiliētur fauētibus paucis: ⁊ cōſilium eoꝝ ſit firmū: op3 ꝙ vocent aliquos fauētes populo ſiue aliquos de populo ſicut illos qui preeminēt aliqual'r populo: ſicut eſt in quibuſdā reſpublicis: vbi vocant̄ premiſſi vel ſeruatores legis: ⁊ tractare cū iſtis de illis: de quibus fauētes paucis conſiliati fuerunt. Et ratio hui⁹ eſt: q2 poſito iſto modo participabit cōſiliatiuo: ⁊ qd̄ deliberatū fuerit iſto modo: multitudo nō poterit diſſoluere: ſed potius exequētur vna cū paucorum potentia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Inſuper aut illa decernere poterit populus aut nihil contrarium illis: que p̄ponētur: vl' cōſultādi quidē oēs participes facere. Deliberādi v̄o magiſtratib⁹ poteſtatē relinq̄re.

¶ Ponit ſcd̄a3 cautelā: ⁊ dicit ꝙ ad hoc ꝙ ꝯſiliū paucorū ſit firmū: op3 paucos inquirere ſniam populi vel opinionē que eſt: ⁊ tunc ſentētiare ſm̄ ſniā3 ciuis: ita ꝙ populus eandem ſniam dicat: quā pauci: aut ſi nō: nihil ſentētient contrariū populo: vel ꝙ p̄ncipes cōſilient̄ de his: que ad rēpublicā ordinant̄: ⁊ tunc qd̄ inuētum eſt per conſiliū tradat omnib⁹ cōſiliarijs populi: ſic etiam ſentētia paucorū firmior erit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et oppoſitum eius facere qđ fit in populari ſtatu. Populi eniȝ decretū in ꝯdēnādo ratuȝ nō fit: ſed ad magiſtrat⁹ rurſus referat: qđ contra fit in popularib⁹. Magiſtrat⁹ eniȝ abſoluēdi domini ſunt oīno: cōdēnādi vero nō ſunt: ſȝ ad populum habetur recurſus.

¶ Ponit tertiā cautelā: ⁊ dicit ꝙ ad hoc ꝙ cōſiliū paucorū firmū ſit opȝ eos facere oppoſituȝ eius: qđ fit in rep. ſ. cū pauci per ſentētiā debeāt abſoluere aliquem: ꝙ cōuocent multitudinē ⁊ faciant eā dñam in dādo ſniam propter beniuolētiā habēdā. Cū autē cōdēnabunt aliquem ad mortē vel religabūt nō dent poteſtatē multitudini: ſȝ poteſtas ſolū dimittiť principib⁹. Et rō hui⁹ eſt: qꝛ ꝯdēnatio alicuius ad mortē vel relegatio fit: qꝛ ꝯmiſit ꝯtra principantes paucos: populus aūt cōtrari⁹ eſt eis. Si igiť darent poteſtatē populo in ꝯdēnatione vel relegatione: contingeret ꝙ populus abſolueret: aut nō tñ ꝑmitteret quātū deberet: qđ eſt incōueniēs: ⁊ ideo nō debent dare poteſtatē populo ſupra morteȝ alicui⁹: ſed in rep. fit ecōtrario ⁊ abſoluētes ſunt pauci. ſ. ꝑncipātes: ꝯdēnātes vero ſunt nō principātes: ſed plures ſicut populus: ⁊ tunc concludit intentū ſuum: ꝙ de principante conſiliatiuo in repub. determinatum ſit hoc modo.

DE conſultādo igitur ⁊ deliberando eiuſqȝ poteſtate in hūc modum determinatū ſit: cōſequēs his eſt circa magiſtrat⁹ diſtinguere. Habȝ enim ⁊ hec pars differentias multas quotqȝ magiſtratus: ⁊ quarū rerū auctoritatē habere: ⁊ ꝑ quo tēpore ſingulos: nā aliȷ̄ ſemeſtres: aliȷ̄ breuiores: aliȷ̄ annuos: aliȷ̄ diuturniores ſtatuūt magiſtratus: ⁊ vtꝝ magiſtratus oporteat eſſe perpetuos: an ad longum tempus: aut neutrum: ſed multotiens eoſdem: aut nō eundem bis: ſed tantum ſemel. Et preterea circa cōſtituendum magiſtratus: ex quib⁹ oportet creari: ⁊ a quib⁹ ⁊ quomodo. De his enim omnib⁹ oportȝ poſſe diſtinguere quot modis valeant fieri: ac deide accōmodare qb⁹ ꝯferāt gubernatiōib⁹ reipublice.

Lec. XIII.

¶ Poſtq̄ phs determinauit de ꝯſiliatiuo: ⁊ modis eius: ⁊ q quibuſdā rebuſp. expediūt: determinat de ꝑncipatu. Et diuidiť in duas. In ꝑma ꝑmittit intētū ſuū. In ſecunda ꝓſeqtur ibi. (Eſt aūt ne hoc.) In ꝑma dicit: ꝙ poſtq̄ determinatū eſt de cōſiliatiuo: dicendū eſt de ꝑncipatu. Diuiſio aūt ꝑncipatus ꝯueniens eſt dictis de ꝯſiliatiuo: ſunt autē multe partes ⁊ differētie ꝑncipat⁹ ſȝ ꝙ ſunt ꝑncipatus: ⁊ quoꝝ debēt eſſe dñi ꝑncipātes. Item de tēpore per quātuȝ tēpus debent eſſe dñi ſm vnūquēqȝ ꝑncipatum: ſunt eniȝ quidā ꝑncipatus durātes per ſex mēſes: quidaȝ qui durāt per annū: aliȷ̄ qui durant plus. Quidā aūt ſunt perpetui: qdā ſunt nō ꝑpetui: ſed multū durant: ēt quidā ſunt qui nō ſunt ꝑpetui: nec multū durāt: ſed ꝯtingit eundē frequēter ꝑncipari: aliquotiēs ēt ꝯtingit principari nō eundē bis: ſed ſolū ſemel. Iteꝝ dicēdum eſt de īſtitutiōe ꝑncipatuū: ex quibus qui debēt inſtituere ⁊ qualiter. De omnib⁹ enim iſtis opȝ diligenter videre quib⁹ modis pñt fieri: ⁊ poſtmodū videre qui modi ⁊ quales: qbus ⁊ qualibus reſp. cōueniāt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt autem ne hoc qdem facile determinare quales magiſtratus ſint nūcupandi. Indiget enim ciuilis ſocietas multis preſidētib⁹: quapropter nō oēs qui vel eligunť: vel aſſumunť ſorte ſunt magiſtrat⁹ exiſtimādi: vtputa ſacerdotes: hoc enim aliud qddam ponēdū eſt a ciuilib⁹ magiſtratib⁹. Preterea q pompas ducūt: ⁊ precones: ⁊ legati qui eligūtur. Huiuſmodi enim cure ciuiles: aut omniū ciuiū ſunt ad vnam actionē: puta dux eoꝝ q militant: aut ſm parteȝ mulierū: puerorūqȝ curatores alie diſpēſatiue. Sepe enim eligūtur qdam ad diſtribuendū annonā: alie miniſtratiue: ad q̄s ſi opulēti eligant ſubſtituūt ſeruos.

¶ Proſequitur. Et diuiditur in duas. In prima determinat de diuiſione principatuum: ⁊ de modo inſtitutionis ipſoruȝ. Secundo recolligit determinata remittens nos de conſideratione aliquorum ad ſequentia. ſ. ad ſeptum libruȝ ibi. (Quot igitur ſunt ⁊c̄.) Prima in duas. In prima determinat diſtinctionem principatuuȝ in ordine ad reſpub. Secundo determinat de modo inſtitutiōis ipſarum ibi. (De conſtituendis ⁊c̄.) Prima in duas. In prima determinat diſtinctionem principatus in generali. Secundo tangit diſtinctionem principatus in ordine ad reſpub. ibi. (Uerum iſta ⁊c̄. (Prima in duas. Primo tāgit modos principatus minus principales. Secundo tangit modos principaliter dictos ibi. (Maxime vero ⁊c̄.) In prima dicit: ꝙ nō eſt facile determinare qui debent eſſe principatus: ⁊ quot: quoniam reſpub. cōueniens multis indiget principantibus: ⁊ precipientibus: ⁊ quia plures oportet eſſe: manifeſtum eſt ꝙ non omnes ſunt aſſumendi vel per electionem: vel per ſortem: ſicut ſacerdotes. Et dicuntur ſacerdotes qui curam habent de cultu diuino. Tales autem non debent aſſumi per ſortem: ſed per electionem: principatus autem iſte eſt alter a ciuilibus principatibus. Sunt etiam aliȷ̄ principatus qui diſtribuūt bona cōmunia: quibus debēt diſtribui: ſunt etiam qui pompas ducunt: precones qui nūciant dicta cōia: que debent nunciari. Eliguntur etiam aliȷ̄ qui dicūtur legati: qui mittuntur ad extrinſecas ciuitates ⁊ principatus. Sunt etiā aliȷ̄ principes ciuiles: qui curam habent de omnibus ciuitatibus quantum ad aliquam operationem: ſicut eſt dux exercitus bellantium. Iſte enim habet dirigere ciues in exercitu. Aliȷ̄ ſunt principes qui nō habent curam de oībus quantum ad aliquam operationem: ſed curam habent de aliqua parte ciuitatis: ſicut ſunt mulierum puerorumqȝ curatores. Aliȷ̄ ſunt principatus iconomici ſeu diſpenſatiui quos frequenter eligunt. ſ. menſuratores frumenti: ⁊ miniſteriales qui habēt miniſteria diuerſa in ciuitate. Cum autem in talibus aliquis abundat: ordināt ſeruos ad huiuſmodi officia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Maxime vero vt ſimpliciter dicam⁹ illi ſūt magiſtratus appellandi: quibus datū eſt deliberare de quibuſdam ⁊ ſtatuere ⁊ iubere: ⁊ maxime hoc extremum. Nam iubere imperioſius eſt.

¶ Tangit modos principatus principaliter dictos: ⁊ eſt intelligendum: ꝙ vnumquodqȝ naturalium aliqua operatione determinatur inquantū poteſt dicitur illud. Cuȝ autem nō poteſt nō dicitur niſi equiuoce: quare principatus eſt

tus eſt aliqua operatio in quam cum poterit maxime dicetur p̄ncipatus. cum autem non poterit: nō diceṫ niſi eq̄uoce: operationes autem p̄ncipatus ſunt conſiliari de aliquibus iudicare et precipere: maxime aūt operatio principatus eſt precipere: precipere enī maxime pertinet ad p̄ncipatum. dixit igitur maxime et ſimplr̄. vt eſt dicere illi debent dici principatus: quibus competunt iſti actus cōſiliari: iudicare: et precipere. Et ille p̄ncipatus maxime dicitur principatus: cui competit precipere: q2 iſte eſt actus precipuus ipſius principatus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uerum iſta quantū ad vſum nihil differūt vt ita dixerim. Nondum enim determinata eſt huiuſmodi de nomine cōtrouerſia. Habz aūt quandā aliā intellectiuaz cōſiderationez. Sed quales magiſtratus et quot neceſſarij ſunt ciuitati et quales neceſſarij quidez. Inutiles vero ad bonam reipu. gubernationem magis vtiq3 quiſpiam dubitabit. Et ad omnem rempu. et preſertim ad paruas ciuitates.

¶ Tangit diſtinctionez p̄ncipatus in ordine ad rempublicam: et p̄mo tangit que circa principatus faciunt difficultatem: et que non. Scđo p̄ſequiṫ de illis que faciunt difficultatem ibi. (Nam in magnis etc.) In p̄ia dicit q̄ vtrū principatus dicaṫ ſm vnū modū vel plures: et ſm diuerſas rationes: non multū facit ad propoſitū: q2 iudiciū nō fit de altercatione que fit de noībus: ſed pertinet ad aliud negocium. ſ. ad metaphyſicū: cōſideratio enim de diſtinctione vocabulorū eſt negocium intellectuale: ſed qui p̄ncipatus et quales ſunt neceſſarij: et quare et quot in ciuitate ſi debeat eſſe ciuitas: et qui et quales nō ſunt neceſſarij: tn̄ expediunt ad bonam rempu. hoc magis facit ad propoſitum: et magis dubitabit aliquis de iſtis et circa omnē rēp. et paruas ciuitates. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nam in magnis quidem licet et debēt ſinguli magiſtratus ad ſingula deputari. Sufficit enim multitudo ciuium ad magiſtratus gerendos: et alios cum intermiſſione magna temporis: alios ſemel duntaxat gerunt. Meliuſq3 ſingula curanṫ q̄z ſi in multis cura nr̄a diſtrahaṫ.

¶ Proſequiṫ de illis que faciūt difficultatē: et diuiditur in duas. In p̄ma oſtendit in quibus ciuitatib9 expedit vnū p̄ncipatū in plures diuidi: et in q̄bus nō. Scđo mouet circa hoc dubitationes. ibi. (Debz etiam.) Prima in duas. In prima oſtendit q̄ in magnis ciuitatibus non expedit vnum p̄ncipatū in plures diuidi. In ſcđa q̄ in paruis nō expedit. ibi. (Sed in paruis.) In p̄ma dicit q̄ in magnis ciuitatibus congruit et expediens eſt vnum principatū ordinari ad vnū opus et nō ad plures: ſed cōtingit eſſe multos p̄ncipātes in talibus ciuitatibus: et rō hui9 eſt duplex. Prima eſt: q2 in magnis ciuitatibus multi ſunt ciues digni p̄ncipari: et expediēs eſt q̄ quidā multo tēpore dimittanṫ in principatu: alios ſemel expedit p̄ncipari: hoc aūt non cōtingeret ſi vnus teneret multos p̄ncipatus: q̄re in magnis ciuitatibus non expedit vnum plures principat9 tenere. Alia ratio eſt: q2 vnum opus melius perficitur ab vno adhibente curam circa illud q̄z ſi circa multa intendens diſtraheret: quare melius eſt vnum principatū cōmittere vni q̄z plures. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed in paruis ciuitatibus neceſſe eſt in paucos magiſtratus plures conferre. Nam cum ſit paucitas hominuz: non facile eſt multos in magiſtratibus eſſe: qui naz poſtea forent ſucceſſores horum.

¶ Oſtendit q̄ in paruis ciuitatibus expedit vnum plures p̄ncipatus tenere: et diuidiṫ in tres. In p̄ma facit qđ dictū eſt. In ſcđa r̄ndet obiectiōi: que poſſet fieri. ibi. (Indigēt q̄nq3.) In tertia oñdit ex quo pōt dinoſci quos principat9 cōgruat cōiungere in vnū et quos nō. ibi. (Si g̊ dicere.) In p̄ma dicit q̄ in paruis ciuitatibus op3 vnū plures p̄ncipatus tenere: et rō huius eſt: q2 in paruis ciuitatibus ſūt pauci ciues: et ideo p̄pter paucitatē ipſorū non poſſunt eē plures p̄ncipantes: quare op3 vnum p̄ncipatus plures tenere: et contingit in talibus ciuitatibus q̄ ſucceſſiue iterū principantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Indigent quandoq3 magiſtratibus eiſdem et legibus: parue magneq3 ciuitates: niſi q̄ he quidem non ſepe indigent eiſdem. His vero multo tempore itermiſſo id accidit. Quapropter multa ſimul his demandare: non enim ſe impediunt. Et propter hominum paucitatez neceſſarij ſunt magiſtratus quidam quaſi luminaria obeliſcis impoſita.

¶ R̄ndet obiectioni que poſſet fieri: aliq̄s enī poſſet dicere: ſi in magnis ciuitatibus op3 vnū principantem vnum p̄ncipatum tenere: in paruis vnū plures: nō erit idem p̄ncipatus ſm rōnem in magnis ciuitatibus et paruis: iterū poſſet dici q̄ non expedit in paruis ciuitatibus vnū p̄ncipatus plures tenere: q2 regimen vnius impediret curā alterius: minus enim pōt eſſe intentus circa plures q̄z circa vnū: iſta duo remouet: et dicit q̄ parue ciuitates aliquādo indigent eiſdem principantibus ſm ſpēz: quibus indigēt magne: ſed in hoc eſt drĩa q̄ in magnis ciuitatib9 frequēter ſunt idem principatus et p̄ncipantes p̄p multos eſſe ciues in ciuitate: in paruis aūt non niſi in multo tēpore. In paruis enī p̄p paucos eſſe ciues nō p̄nt multi eſſe p̄ncipātes: et p̄p hoc op3 vnū multo tēpore p̄ncipari et tenere p̄ncipatus multos: nō enī oēs p̄ncipatus īpediunt ſe inuicem: ita q̄ p̄p curā vnius impediṫ cura alterius: ſicut plura luminaria vni obeliſco impoſita non ſe impediūt: nō ſecus ergo plures principatus vni iniuncti non ſe impediunt. tales autem ſunt principatus propinqui exiſtentes natura: qui vel ordinantur ad vnum finez vel ad propinquos ſicut eſt principatus qui habet curam honeſtatis puerorum et mulierum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si ergo dicere poſſum9 quot neceſſarij ſunt omni ciuitati: et quot non neceſſarij quidem: ſed opportuni: facile quis ſciens iſta cōiungat quot coniungere cōgruat in ciuiū magiſtratu.

¶ Declat ex q̄ pōt dinoſci q̄s p̄ncipatus ꝯgruit demādare in vnū: et quos nō: dicēs q̄ ſi ſciam9 quos p̄ncipat9 neccīuz eſt eē in ciuitate: et quos nō eſt neceſſariū: et tn̄ expedit eē: de facili ſciem9 quos p̄ncipat9: et q̄les expedit ꝯgregare in vnū p̄ncipatū: et quos et quales nō. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Debet etiam hoc non latuiſſe quales conueniant ſm locum magiſtratus plurium curam habere: et qualium vbiq3 vnum magiſtratuz poteſtatem habere: ceu honeſtatis. Utrum in foro prefectum an non: et aliū alibi: aut vbiq3 eandem: et vtrum ſm negocia partienduz eſt

an ſm perſonas. Dico autem ceu vtrum curã honeſtatis: alium puerorũ ⁊ mulierũ: ⁊ in rebuſpu. vtrum differant ſm vnãquãque ⁊ magiſtratuum genus vel nihil: ceu in populari ſtatu ⁊ paucorũ gubernatione ⁊ optimatum ⁊ monarchia: vtrum iidem ſunt magiſtratus poteſtatem habentes: ſed non ex equalibus aut ſimilibus: ſed alij in alijs: veluti in optimatibus quidem ex hominibus doctis. In paucorum autem ex opulentis. In populari ſtatu ex ingenuis.

¶ Inquirit principatus quos oportet vniri in vnũ: ⁊ quos oportet diuidi in plures per comparationem ad loca ⁊ homines ⁊ reſpu. ⁊ primo mouet dubitationes circa hoc. Secundo ſoluit eas. ibi. (Uel exiſtant quidam.) In prima dicit ꝙ nõ debet ciuem latere qui principes poſſunt habere curã de diuerſis ſm diuerſitatẽ locorum: ⁊ quorũ ⁊ qualiũ oportet vbique eſſe vnum principem. verbi gratia. Contingit aliquã curam habere honeſtatis in foro: ⁊ curãs honeſtatẽ in foro ſit prefectus fori: ⁊ alius ſit princeps honeſtatis in alia parte ciuitatis: ita ꝙ ſm diuerſitatem locorum diuerſificentur principes. Utrum principatus honeſtatis ſit vnius rõnis: aut ſit vnus princeps honeſtatis ⁊ in foro ⁊ in omni alio loco. Secũda queſtio eſt. vtrum principatus debeant diſtingui ſm rem vel ſm homines: id eſt ſm illud ad quod per ſe inſpicitur in dirigendo: vel ſm multitudinem hominum qui debent dirigi per illum. verbi gratia. vtrum ſit idem principatus honeſtatis puerorum ⁊ mulierum: aut non. Tertia queſtio eſt. vtrum principatus diſtinguantur ſm diſtinctionem rerumpublicarũ: ſicut verbi gratia. vtrum in ſtatu populari paucorũ ⁊ optimatũ ⁊ monarchia regali ſint idem vel alij genere vel ſpecie non exiſtentes ex equalibus: nec ex ſimilibus: vel ſint diuerſi in diuerſis rebuſpu. vt in ſtatu optimatum virtuoſi: in ſtatu populari liberi: in ſtatu paucorũ diuites. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uel exiſtant quidam ſm ipſas differentias magiſtratuum: ⁊ alicubi conferat eoſdẽ eſſe: alicubi diuerſos: alicubi enim cõgruit magnos eſſe: alicubi paruos eoſdem magiſtratus.

¶ Soluit dubitationes iſtas: ⁊ primo ſoluit eas. Secũdo addit ad ſolutionem quiddam. ibi. (Uerumtamen.) Circa primum intelligendum eſt ꝙ principatus diſtinguitur: ſicut alia naturalia. ſcilicet ⁊ ſm formam ⁊ ſm materiam. Forma vero principatus virtus aliqua vel potentia eſt: eſt enim principatus poteſtas quedam vel virtus: virtus autem attenditur in ordine ad finem: ergo ſm diſtinctionem finis diſtinguuntur principatus: finis autem principatus duplex eſt: quidam. ſcilicet eſt remotus: quidã vero propinquus: remotus ſicut finis reipu. ad quem ordinantur vltimo omnes principatus: ⁊ maxime ⁊ immediate principalis: principatus propinquus eſt ſicut finis ducatus exercitꝰ victoria: ⁊ iudicij iudicare de ſubortis. Diſtinguitur igitur principatus primo ſm diſtinctionem finis remoti: cum igitur fines rerumpub. ſint diuerſi: principatus diuerſarum rerũp. erunt diuerſi. ⁊ ſicut reſpu. oẽs attributionẽ habent ad vnã primã: ſic principatus rerumpu. poſteriorũ ad principatũ in repu. prima ⁊ ſimpliciter dicta attributionem habent: ⁊ per hoc ſoluitur tertia queſtio cũ querebatur: vtrum principatus diſtinguerentur ſm diſtinctionem rerumpu. Apparet enim ꝙ ſic ſm diſtinctionem finis vltimi. Finis autem propinquus ciuitatis diuerſus eſt in qualibet repu. ſicut ducatus exercitus victoria: iudicij iudicare. Secundum vero diſtinctionem huius finis diſtinguitur principatus: ⁊ hoc dupliciter. vno modo ſm diſtinctionem ipſius finis ſm ſe: ⁊ ſic diuerſi ſunt principatus ducatus exercitus ⁊ iudicij. alio mõ diſtinguitur principatus per hoc ꝙ homines diuerſimode ſe habent ad finem illum: ita ꝙ finis poteſt eſſe vnius ſm rem: ſed quia homines aliter ſe habẽt ad illũ finẽ principatus diſtinguitur: ſicut eſt principatꝰ ornatꝰ mulierũ puerorum ⁊ virorũ. Cuius enim finis iſtorũ ſit vnus: tamen quia aliter ſe habet puer ad iſtum finẽ quam mulier ⁊ quam vir adultus. ideo alius eſt principatus ornatus mulierum: alius puerorum: ⁊ adultorũ: ⁊ per hoc ſoluitur ſecunda queſtio cum querebatur. vtrum diſtinctio principatus eſſet ſm homines: vel rem: quia ⁊ eſt ſm rem quando diſtinguitur ſm diſtinctionẽ finis propinqui ſm ſe: ⁊ ſm homines quãdo homines diuerſimode ſe habent ad finem principatus. Secundo vero diſtinguitur principatus ſm materiam: vt ſm diuerſitatem locorum ⁊ hominum: poſſunt enim loca eſſe ita diſtantia ꝙ vnus homo non poſſet regere: ⁊ tunc vnus principatus diuiditur in plures: iterũ ſi ſit magna multitudo ciuium: que non poſſit dirigi per vnum: oportet principatum vnum ſm ſpeciem diſtingui in plures: ſi autem loca ſint propinqua: ⁊ pauci ſint homines: tũc plures principatus vniuntur in vnum. Similiter cõtingit aliquando diuerſos principatus ſm rem: maxime eos quorũ eſt vnus finis ſm rem: diuerſus tamen ſm diuerſum modũ ſe habendi ad ipſum propter paucitatẽ hominum ⁊ propinquitatem locorũ cõiungi: ſicut conuenit eundem habere curam boni ornatus virorũ ⁊ puerorũ ⁊ mulierũ: aliquando cõtingit contrariũ propter cauſas contrarias: ⁊ per hoc ſoluitur prima queſtio cũ querebatur. vtrũ principatus diſtinguerentur ſm diuerſitatem locorum: quoniam aliquando ſic: aliquãdo non: ⁊ hec oĩa innuit philoſophus breuiter dicens: ꝙ ſm diuerſitatẽ iſtorũ. ſcilicet locorum hominum ⁊ rei ⁊ rerumpu. eſt diuerſitas principatuũ. Cõtingit enim aliquãdo ꝙ diuerſi principatus congregantur in vnum: aliquãdo vnꝰ diuiditur in plures: quia contingit in aliquibus ciuitatibus multos eſſe ciues ⁊ loca diſtantia: ita ꝙ vnus non poſſet regere ⁊ vnus principatus: ⁊ diuiditur in plures: ſicut principatus boni ornatus: ⁊ propter multitudinem ciuiũ ⁊ diſtantiã locorũ diſtinguitur in plures: in aliquibus enim contingit paucos eſſe ciues ⁊ loca non eſſe diſtantia ſed propinqua: ⁊ tũc plures principatus vniuntur in vnũ: quia idem ſufficiens eſt regere diuerſos principatus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uerumtamen ſunt aliqui proprij: ceu eorum qui ante deliberant. Hec enim poteſtas nõ eſt popularis: conſilium vero populare: oportet eſſe aliquid tale cui cura ſit populum conſilio preuenire: ne ocioſus ſit. Hi autem ſi pauci ſũt numero paucorũ potentia. Eſt autem neceſſe vt illi ſint pauci qui ante deliberant: itaque paucorũ potentia eſt. Sed vbi ſũt ambo hi magiſtratꝰ illi qui ante deliberant conſiliarios cõſtituũt. Conſiliarius enim popularis. Qui vero ante venit in conſulẽdo ⁊ deliberãdo paucorum potẽtie.

¶ Adiungit predictis quedam: ⁊ primo adiungit ꝙ ſunt quidam principatus ſingulares quibuſdã rebuſpu. Secũdo adiungit de principatu puerorum. ibi. (Qui autem ⁊c.) Adhuc prima in duas. In prima facit quod dictũ eſt. In ſecunda oſtendit ꝙ conſilium in populari ſtatu quoddam eſt. ibi. (Diſſoluuntur ⁊c.) In prima dicit ꝙ non ſolum diſtinguitur vel vnitur principatus ſm loca: vt vnus diuidatur in duo: ⁊ duo in vnum congregentur: ſed quidam ſunt principatus ſingulares: qui reperiuntur in quibuſdam rebuſpublicis: ⁊ non in alijs: ſicut principatus deliberantium eſt

in paucorum

in paucoꝝ ſtatu non in populari:ſed conſiliuꝫ inuenit̃ in populari ſtatu:qꝛ opꝫ in populari ſtatu eſſe aliquos qui conſilient̃ de eis que ſunt populi. Populus enim deficit a ratione vt in pluribus: vtiliter enim in ciuitate opꝫ eſſe aliquid conſiliatiuum qd̓ dirigat ⁊ caueat vt populus nõ vacet ⁊ inſoleſcat:⁊ ſi ſint multi populare eſt:ſi aũt pauci eſt paucoꝝ potentia:non ſunt autẽ in populari ſtatu:ſꝫ in paucoꝝ deliberantium qui ſunt pauci ⁊ diuites:⁊ ideo in paucorũ ſtatu ſunt:vbi aũt ſunt ambo principatus.ſcilicꝫ paucorũ deliberantium ⁊ conſiliantium pauci ſunt ſupra conſiliarios.cõſiliarius aũt eſt:vt dictum eſt:ſtatus popularis:ſed deliberantiũ eſt paucorũ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Diſſoluitur etiam poteſtas conſilij in huiuſmodi gubernatiõibus:in quibus populus ipſe conueniens de omnibus conſtituit. Hoc autem accidere conſueuit cuꝫ eſt vtilitas quedaꝫ aut merces conſtituta his qui in concione conueniunt:ocius enim conueniunt perſepe ⁊ de cunctis ipſi ſtatuunt.

¶ Declarat ꝙ in quadam potentia populari non eſt conſilium:⁊ dicit ꝙ ꝑncipatus cõſiliatiuus in quibuſdam a popularibus ſtatibus ãmouetur ſeu deſtruit̃:ſicut in illis in quibus totus populus cum cõuenit tractat de omnibus. hoc autẽ fit quando cõuenit totus populus ⁊ omnes tractant de omnibus:maxime quando ordinat̃ damnũ vocatis ſi non veniunt:⁊ merces ſi veniunt:cuꝫ enim ſic vocantur conueniunt:⁊ de oĩbus iudicant. ¶ Deinde cũ.d.

¶ Qui autẽ puerorũ curam habent:⁊ qui mulierum:⁊ ſiquis alter eſt:qui poteſtatem habꝫ ⁊ curam huiuſmodi optimatum id eſt ⁊ non populare. Fieri enim non poteſt vt prohibere pauperum mulieres alterius ſit ꝙꝫ paucorum potentie:cum mulieres ipſorum in delitijs viuãt. Sꝫ de his qdẽ caten⁹ dixiſſe nũc ſatis ſit.

¶ Adiungit de ꝑncipatu pueroꝝ ⁊ mulierũ quod eſt optimatum potentie vel ciuilis:⁊ dicit ꝙ ꝑncipatus puerorũ ⁊ mulierum:⁊ ſi ſit alius talis ꝑncipatus optimatum potentie eſt non popularis:qꝛ popularis ſtatus non prohibet mulieres pauperũ exire ad negociationes:ſed ꝑcipit:optimatum autẽ ſtatus prohibet:nec talis ꝑncipatus eſt paucorũ:qꝛ mulieres paucorũ delitioſe viuunt:⁊ ideo volunt ſequi rationis motum:⁊ conſequenter recapitulat dicens ꝙ de his intantum determinatum ſit.

De cõſtituendis autẽ magiſtratibus conãdũ eſt iã trãſigere. Lec. XIIII.

¶ Poſtꝙꝫ phs de diſtinctione ꝑncipatuũ determinauit:declarat de modo inſtitutionis ipſorũ:⁊ diuidit̃ in duas. In ꝑma premittit intentionem ſuã. In ſecunda proſequit̃ ibi.(Conſiſtunt aũt.) In prima dicit ꝙ poſtꝙꝫ determinatũ eſt de diſtinctione principatuum conandum eſt pertranſire de modo inſtitutionis ipſorum:⁊ hoc a principio. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Conſiſtunt autem differentie in tribus diffinitionibus:quibus compoſitis neceſſe eſt oẽs modos eſſe comprehenſos. Unum ex tribus eſt qui ſint illi qui magiſtratus conſtituant. Alterum ex quibus conſtituantur. Tertium per quem modum.

¶ Proſequit̃ ⁊ ꝑmo declarat qualr̃ conuenit principatus inſtitui:ponendo quaſdaꝫ diuiſiones. Scḋo oſtendit qui modi cui reipu.conueniunt ibi.(Horũ aũt duo.) Prima in duas. In ꝑma ponit diſtinctionẽ vnam. Scḋo ſubdiuidit membra.ibi.(Cuiuſcũꝙ vero.) In ꝑma dicit ꝙ tria ſunt differentia ſm rõnem:quibus diuiſis ⁊ combinatis poſſint omnes modi inſtitutionis principatuum accipi. Iſtorum autem trium vnum eſt qui ſunt inſtituentes ꝑncipatum. Secundum eſt ex quibus inſtituit̃ ꝑnceps. Tertium eſt modus ſm quẽ inſtituit̃. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cuiuſcunqꝫ vero iſtoꝝ ſunt differẽtie tres. Aut enim ciues omnes conſtituũt:aut quidã ⁊ vel ex omnibus:vel ex quibuſdam determinatis:ceu per cenſuꝫ:vel per genus:vl̓ per virtutem:vel per aliud quiddam tale quale apud Megarẽſes ex his qui vna cũ populo ꝯiuncti redierũt:⁊ hoc aut per electioneꝫ:aut ꝑ ſortẽ.

¶ Subdiuidit qđlibꝫ iſtorũ:⁊ ꝑmo facit hoc. Scḋo tãgit diuerſas combinationes diuidentium:vt habeat̃ numerus modoꝝ.ibi.(Rurſus aũt.) In ꝑma dicit:ꝙ iſtorum ſũt tres differẽtie:vel tres diuiſiones:ita ꝙ vniuſcuiuſqꝫ ſit vna:aut enim inſtituentes ſunt oẽs ciues:aut quidaꝫ:⁊ hec ꝑma differentia. Scḋa eſt ꝙ aut inſtituunt ex oib⁹ aut ex aliquibus determinatis ſm aliquam dignitatem vel ſm genus vel ſm virtutem vel ſm aliquẽ alium modum:ſicut accidit in ciuitate Megare in qua inſtituũtur principantes ex condeſcentibus ad populum:hoc eſt ex illis qui cõdeſcendebant populo in neceſſitate:⁊ ex illis q ſimul pugnabant cum populo contra impugnantes ⁊ grauantes eos. Tertia differentia eſt ꝙ inſtituentes aut inſtituunt ſorte aut electione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Rurſus autem hec ſimul conduplicata. Dico autem hec:ceu quoſdam aliqui:quoſdam omnes:⁊ quidam ex omnibus:⁊ quidam ex quibuſdam:⁊ quidam electione:qdam ſorte. Uniuſcuiuſqꝫ iſtoruꝫ differentie modi erunt quatuor. Aut enim omnes ex omnib⁹ per electionem:aut oẽs ex oibus per ſortem:⁊ vel ex cunctis:vel quaſi diuiſim per trib⁹:⁊ conuentus ⁊ ſocietates quouſqꝫ pertranſeat per vniuerſos ciues:aut ſemper ex omnib⁹ ⁊ partim ſic:parti illo modo. Rurſus vero ſi pauci ſũt illi qui conſtituũt magiſtrat⁹:aut ex omnib⁹ ꝑ electionem:aut ex omnibus per ſorteꝫ:aut ex quibuſdam per electionem:aut ex quibuſdaꝫ per ſortem:vel partim iſto modo partim illo. Dico autem quedam ex omnibus per electionem:q̃dam per ſortem:atqꝫ ita.xij.modi efficiuntur ſeorſum duobus conduplicatis.

¶ Ponit combinatiões diuerſas vt habeat̃ numerus modorum:⁊ dicit iterum ꝙ iſta tria combinari poſſunt adinuicem.vnde per alia diuidendum:⁊ exponit que ſunt illa tria dicens. Dico aũt.i.expono:qꝛ aut omnes inſtituunt: aut quidam:⁊ aut ex omnibus:aut ex aliquib⁹:aut ex electione aut ex ſorte:⁊ quodlibet iſtoꝝ quatuor habꝫ diũas quibus diuidit̃:qꝛ ſi oẽs inſtituũt:aut ex omnibus:aut ex quibuſdam:ſi ex omnibus:aut ſorte:⁊ ſic vnum mẽbruꝫ: aut electione:⁊ ſic ſcḋm aut diuiſim:⁊ ſic tertiũ:aut cõiunctim:⁊ ſic q̃rtũ. Dico aũt diuiſiꝫ:ſicut ſi ſm trib⁹ inſtituat̃

tur ⁊ populos diuerſos ⁊ ſocietates: ita ꝙ modo inſtituã-tur ex vna tribu: deinde ex alia: ⁊ ſimiliter diſcurrendo ꝑ omnes partes ciuitatis. Coniunctim vero ita ꝙ ſemꝑ ex oībus ſimul ſumptis inſtituatur: aut alios quidẽ ſic: alios aũt alio modo: puta quoſdam ex oībus coniunctis: quoſdam aũt ex omnibus diuiſis: ⁊ ſic ſunt ſex mẽbra. ſi aũt quidam ſunt inſtituentes habemus alia ſex membra: qꝛ aut inſtituunt ex omnibus: aut quibuſdam: ⁊ ſi ex oībus aut ſorte: aut electione: ⁊ ſic duo membra habemus: ſi ex quibuſdã: aut ex quibuſdam vel ſorte aut electione: ⁊ ſunt alia duo: aut quoſdam inſtituunt ex oībus ſorte: quoſdaꝫ auteꝫ alios electione: ⁊ ſic habemus alia duo mẽbra: ⁊ ſic in vniuerſo habemꝰ duodeciꝫ mẽbra: ducẽdo mẽbra p̄ie diuiſionis in mẽbra aliarũ duaruꝫ: premittendo duas cõbinationes: hoc eſt non ducendo membra tertie in membra ſecunde. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Horum auteꝫ due conſtitutiones ſũt populares: hoc eſt omnes ex oībus electiõe vel ſorte: vel partim ſorte partim electione.

¶ Oſtendit qui modi cui reip. ꝯueniunt ⁊ diuidit̃ in ptes quinqꝫ. In p̄ma oſtendit qui cõueniunt populari ſtatui. In ſcda qui reipublice. ibi. (At enim non ⁊c̃.) Tertio qui paucoꝝ ſtatui. ibi. (Quoſdam vero ex omnibus.) Quarto qui optimatũ potentie. ibi. (Sed quoſdam ex oībus.) Quinto adhuc quis paucoꝝ potentie. ibi. (Quoſdã vero ex quibuſdam.) In prima dicit ꝙ iſtarũ cõbinationũ q̃ dicte ſunt pertinent ad popularẽ ſtatum. ſ. oẽs p̄ncipatus inſtituere ex oībus ſorte: vel etiã electione: vel etiã ſi aſſumunt̃ oẽs ex oībus coniunctim vel diuiſim: vel per ſortẽ vel per electionẽ. hoc eniꝫ maxime pertinet vbi multitudo dominat̃: hoc eſt populari ſtatui. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ At enim nõ oẽs ſimul: ſed ex oībus cõſtituere: vel ex qbuſdã ſorte: vel electiõe: vel vtroqꝫ modo: aut partim ex omnibus: partim ex quibuſdam vtroqꝫ modo. Dico aũt vtroqꝫ modo partim ſorte: partim electione illius ſpeciei eſt: que appellatur reſpublica.

¶ Oſtendit qui modi ſunt reipublice: ⁊ dicit ꝙ nõ omnes inſtituere ex omnibus ſimul vel quibuſdam: ſed omnes ſimul ⁊ diuiſim per tribus: ⁊ officia ex omnibus ⁊ diuiſiꝫ ⁊ hoc vel per ſortem vel per electionem: aut ſm̃ iſtos modos aliquos ex omnibus vel quibuſdam: vt aliquos ꝑ ſortem ex omnibus: alios per electionẽ ciuile eſt: qꝛ reſpu. eſt mixta ex paucorũ ⁊ populari ſtatu: inſtituere aũt ex quibuſdam paucoꝝ eſt: iſtituere vero ex oībus populare eſt. ⁊ ideo inſtituere ex oībus vel quibuſdã ciuile eſt: ⁊ expõit qđ dixerat. (Utroqꝫ mõ.) dicens. dico aũt ⁊ expono vtroqꝫ modo. i. quoſdã accipi ex oībus diuiſim: vel quibuſdã per ſortem vel per electionẽ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoſdam vero ex omnibus cõſtituere partim electione partim ſorte paucoꝝ potẽtie eſt: multoqꝫ magis ſi ex ambobus.

¶ Oſtendit qui modi ſunt paucoꝝ potẽtie: ⁊ dicit ꝙ quoſdam inſtituere ex oībus vel per ſortem vel per electionẽ: vel inſtituere aliquos ex oībus ſm̃ vtrũqꝫ modũ. vt ſcꝫ aliqui inſtituant̃ per electionẽ: aliqui per ſortẽ paucoruꝫ potentia eſt magis. naꝫ paucoꝝ potentia eſt aliquos paucos p̄ncipari: ⁊ hoc eſt iſto modo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed quoſdam ex omnibus: quoſdam ex quibuſdam ciuile optimatum eſt: vel quoſdã electione: quoſdam ſorte.

¶ Oſtendit qui modi ſunt ciuiles optimatuꝫ. i. reipublice mixte cum optimatum ſtatu: ⁊ dicit ꝙ aliquos inſtituere ex omnibus: aliquos ex quibuſdam. ſed iſtos eligere per electionem: illos per ſortem eſt reipublice mixte cum ſtatu optimatum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoſdam vero ex quibuſdam paucoꝝ potentie: etiã ſi per ſortẽ fiat vel non fiat: ⁊ quoſdam ex quibuſdaꝫ vtroqꝫ modo: quoſdã aũt ex omnibus: ⁊ ex quibuſdam omnes per electionem optimatum.

¶ Oſtendit adhuc qui modus eſt paucorũ potẽtie: ⁊ dicit ꝙ inſtituere quoſdam ex quibuſdam paucoruꝫ potentie eſt: qꝛ paucorum potentia eſt paucos principari ⁊ eligere quoſdam ex quibuſdam per ſortẽ facta electione non eo modo quo fit in alijs: qꝛ hic ad paucos diuites inſpicit̃: ⁊ inſtitui quoſdã ex quibuſdaꝫ ſm̃ ambos modos eligẽdi: vt quidam inſtituunt̃ ſorte: quidam electione eſt paucorum potentia: ſed inſtituere quoſdam ex omnibus ſimul eſt paucoꝝ potentia: ſed inſtituere ex quibuſdã: ſicut virtuoſis per electionem optimatum eſt. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Modi igitur circa magiſtratus tot ſunt ⁊ diſtinguũtur ita ſm̃ rerumpu. formas. Qui aũt quibꝰ conducant: ⁊ quõ cõſtitutiones eorum faciende ſunt vna cum poteſtatibus magiſtratuũ: ⁊ q ſint manifeſtũ erit. Dico aũt poteſtatem magiſtratus: ceu circa redditus auctoritatem habere: ⁊ circa cuſtodiam. Alia enim poteſtatis ſpecies: quemadmodũ circa belluꝫ ⁊ circa contractus forenſes.

¶ Recolligit determinata remittẽs de ꝯſideratione aliorum propoſitorum prius ad ſequentia: ⁊ dicit ꝙ modi eorum qui circa principatus. id eſt modi aſſumendi principatus tot ſunt quot dicti ſunt: ⁊ ſic diuidunt̃ principatus ſm̃ diſtinctioneꝫ rerumpu. que autẽ quibus principantibus expediant ⁊ qualiter oportet eos inſtitui poſterius ſimul erit manifeſtum: cum erit manifeſtũ de potentijs ipſorum: ⁊ exponit quid vocat potentiã p̄ncipatus dicẽs: ꝙ potentia principatus dicitur: vt que eſt dñia prouentuum ⁊ regionis. Iſte eniꝫ due potentie ſpecie differũt: ſicut potentia ducatus exercitus: ⁊ potentia que eſt domina contractuum: qui circa forum ſunt.

REliquum ex tribus eſt de iudicijs dicere. Capiendi vero ſunt iſtorũ modi per eandem viam. Eſt enim differentia iudicioꝝ in tribus terminis: ex quibꝰ: ⁊ de qbus: ⁊ quõ. Dico aũt ex quibus vtrũ ex omnibꝰ vel ex quibuſdam. De quibꝰ quot ſpecies iudiciorũ. Quõ vtrũ per ſorteꝫ vel per electionẽ. Primo igitur diſtinguamꝰ quot ſint iudiciorũ ſpecies. Lectio. XV.

¶ Poſtq̃ phs determinauit de conſiliatiuo ⁊ principatu determinat de iudicatiuo: ⁊ diuidit̃ in duas. In p̄ma premittit intentum ſuum. In ſcda ꝓſequit̃. ibi. (Sunt ꝗ.) In prima dicit ꝙ poſtq̃ determinatum eſt de conſiliatiuo ⁊ principatu. dicendũ eſt de tertio prius propoſitoruꝫ. ſcilicet de iudicatiuo ⁊ iudicio: ⁊ accipiendi ſunt modi iudicij ⁊ iudicatiui ſm̃ ꝙ prius accepti ſunt modi aliorum ſcilicet principatus ⁊ conſiliatiui. ¶ Circa iudicium aũt tria ſunt conſideranda: in quibus conſiſtit diuerſitas iudicij. ſcꝫ

cij.ſcꝫ

ex.ſ.ex qbus ſumēdi ſunt. ſcōm eſt a qb⁹. tertiū ē q̄lr aſſumendi ſunt: ⁊ exponit ex qbus ſūt aſſumēdi. vtruz ex oībus aut quibuſdaz: de quibus quot. ſ. ſunt ſpecies iudicij. qualr aūt: vtrum inſtitui debeāt electione vel ſorte: ⁊ primo vidēdū eſt quot ſunt ſpēs iudiciorū. ¶ Deīde cū dic̄.

¶ Sunt autem octo. Unum rationes repoſcere. Alterum ſi publice quis cui iniuriatus ſit. Alterum quot ad ſtatum ciuitatis pertinent. Quartum ⁊ magiſtratibus ⁊ priuatis hominibus quecunq̄z circa penas verſant̄. Quintū de priuatis contractibus ⁊ habentibus magnitudinem. Ac preterea de homicidijs ⁊ de peregrinis: homicidij rurſus ſpecies: ſiue i ipſis iudicijs: ſiue in alijs ex prouidentia fecerit vel inuitus: ⁊ quotcūq̄z confitemur quidem facta: ſed de iure cōtrouerſiam facimus: ⁊ quot pro homicidio exulantibus circa reditū ſtatuūt̄: vt Athenis dicit̄: ⁊ in Phreatti iudicium. Cōtingunt talia ⁊ in omni tēpore pauca: ⁊ in magnis ciuitatibus. De peregrinis aūt vna pars eſt: ſi peregrinus contra peregrinuz agat. Altera ſi peregrinus contra ciuem. Eſt inſuper vltra hec omnia de paruis reb⁹ cognitio: que dragmas quinque aut non excedant: aut parū. Oportet enim de his ius dici: nec incidit in iudiciorum multitudinem.

¶ Proſequit̄ ⁊ diuiditur in duas. In prima tangit ſpecies iudiciorū. In ſecunda oſtendit quibus modis inſtituunt̄. ibi. (Neceſſe eſt.) Prima in duas. In prima facit qd̄ dictum eſt. In ſecunda excludit quedam a conſideratione ſua. ibi. (Sed omittamus.) In prima dicit q̄ ſpecies iudiciorum in vniuerſali octo ſunt. Una eſt correctiua ſm̄ quā tranſgredientes legē puniunt̄. Alia eſt punitiua eius qui peccat cōtra aliqd cōmune. puta cōtra aliquā perſonā publicam. Alia eſt ſm̄ quā puniunt̄ qui deliquerūt cōtra totam rempubli. Quarta eſt que cōmunis ⁊ principibus ⁊ idiotis ⁊ quibuſcū q̄: que eſt damnorū ⁊ iniuriarū illatorum iudicatiua: de quibus eſt altercatio. Quinta ſpecies eſt de contractibus paruis ⁊ magnis. Alia vero eſt p̄ter hāc iudicatiua homicidiorū: de peregrinis. ideſt de eis que ad peregrinos pertinent. Illa vero ſpecies que eſt iudicatiua homicidiorū: ſiue ſint ijdem iudices iudicantes ⁊ exequētes: ſiue ſint alij: vel ſic: ſiue ſint ijdem iudices ſm̄ vnam rempublicam: ſiue ſint diuerſi ſm̄ aliam ⁊ aliam rempublicam ſpecies aliquas habet. Una eſt que eſt iudicatiua homicidij facti ex premeditatione ⁊ deliberatione ⁊ voluntarie ponendo inſidias. Scōa eſt iudicatiua homicidij perpetrati ⁊ confeſſi: allegatur tamē q̄ iuſte factum eſt: ⁊ ſuper hoc eſt altercatio: vtrū iuſte vel iniuſte factum eſt. Quarta ſpecies eſt que eſt iudicatiua eorū: que ferunt̄. ideſt ponunt̄ in deſcenſu homicidij. ideſt in reatu. hoc eſt que eſt iudicatiua eorū quibus imponunt̄ homicidia ab aliquibus: ſed hoc ipſis fugientibus: hoc eſt negātibus: talibus enim ſolet aliquādo indici duellū vel purgatio per iudicium ignis vel aque: vt q̄ accuſatus accipiat ignitū ferrum manu nuda: ⁊ ſi vrat̄ iudicet̄ reus: ſi non: abſoluatur: vel q̄ ligatis manibus ⁊ pedibus ponat̄ in aqua magna: ⁊ ſi q̄dez euadat: abſoluat̄: ſi non: reputet̄ reus fuiſſe: ſicut dicit̄ Athenis q̄ iudex compulit deſcēdere in puteo quendā ad purgādū ſorte ſe ſup homicidio. Iſtud aūt eſt irrōnabile: q̄r hoc eſt cōmittere ſe fortune ⁊ iudicio diuino: ⁊ ideo raro fit nunc hominibus magis vtentibus rōne: minus aūt in magnis ciuitatibus vbi plures ſunt ſapientes. Septima ſpecies iudicij eſt: que eſt iudicatiua de diſceptatione peregrinorū: ⁊ iſta eſt duplex. Quedaz que eſt iudicatiua cōtrouerſie que eſt inter peregrinos adinuicē. Alia eſt iudicatiua de diſceptatiōe que eſt inter peregrinos extraneos ⁊ ciues. Adhuc preter iſtas ſpēs iudicij eſt vna alia que eſt octaua: ⁊ eſt illa que eſt iudicatiua de paruis cōmutationibus: que ſunt circa minima: ⁊ quaſi nulla: vt de his: que ſunt quinq̄ dragmarū: ⁊ de his que parū plus valent: De oībus eni talibus oportet fieri iudiciū: nec debent reduci in multitudinem iudiciū ꝑpter paruitatez earum: ſed in aliquē vnum determinatū. ¶ Deinde cū dic̄.

¶ Sed omittamus de his ⁊ de homicidijs ⁊ de peregrinis. Dicamus autem de ciuilibus: in quibus ſi non recte iudicetur: ſeditiones gignuntur: ac rerumpu. motus.

¶ Excludit quedam a cōſideratione ſua: ⁊ dicit q̄ de iſtis ⁊ de ſpecieb⁹ iudicatiuis homicidijs: ⁊ de illis qui iudicāt de diſceptatione peregrinorū dimittat̄ ad preſens: ſed de ſpeciebus iudicij pertinentibus ad rempu. dicendum eſt: quia ſi iſta non bene fiunt accidunt ſeditiones ⁊ tranſmutationes rerumpublicarum. de talibus autē per que pñt contingere ſeditiones ⁊ tranſmutationes rerumpu. pertinet ad ciuem determinare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neceſſe eſt enim vel omnes de omnibus ſupradictis iudicare electione vel ſorte: vel oēs de omnibus partim ſorte: ptim electione: vel de quibuſdam eorū aliquos partim ſorte: partim electione aſſumptos. Hi ergo modi ſunt quatuor: totidem alteri qui ſm̄ partem. Rurſus enim ex quibus ⁊ qui iudicant de omnib⁹ per electionez: aut ex quibus de omnibus per ſortem: vel partim ſorte: partim electione: vel quedam iudicia ex eiſdem ex ſortitis ⁊ electis. Iſti ergo vt dictuz eſt ſunt modi in predictis. Inſuper eadem conduplicata vt quedā ex omnibus: quedam ex quibuſdā: quedā ex vtriſq̄z ceu ſi eiuſdē iudicij eſſent alij ex omnibus: alij ex quibuſdam: ⁊ vel per ſortez: vel per electionem: vel ex ambobus. Quot igitur modi iudiciorum eſſe poſſunt dictum eſt.

¶ Tangit modos inſtituendi iudiciū ⁊ diuiditur in duas. In prima tangit modos inſtituendi iudicium. In ſecunda oſtendit qui modi cui reipub. conueniant. ibi. (Notuz autez.) In prima dicit: q̄ neceſſe eſt omnes iudicare aut quoſdam: ſi omnes: aut de omnibus: aut de quibuſdam. ſi de omnibus: aut de cōmunibus: aut per electionem: aut de omnibus per ſortez: aut de oībus hec quidē ſorte: alia vero electione: ſi omnes iudicent de quibuſdam: aut iudicabunt de quibuſdā ſorte: aut electione: aut de quibuſdā. hec quidez per ſortem: alia per electionē: ⁊ ſic ſunt q̄tuor modi ſi oēs iudicent: ſimilr erunt quatuor modi ſubdiuidendo aliud membrum. Adhuc ſi quidam iudicant: aut iudicant de omnibus: aut de quibuſdaz: ſi iudicant de oībus: aut iudicant ſorte de omnibus: aut per electionē: aut de omnibus hec iudicant ſorte. alia autem electione. Si autē iudicent de quibuſdam: aut ſorte iudicāt de quibuſ/

dam:aut electione:aut de quibuſdam quidam ſorte:quidam electione:⁊ ſic ſunt alij quatuor modi ſubdiuidēdo aliud mēbrū.ſ.aut quidā iudicāt:⁊ hoc breuiter innuit:cū dicit: vel quedam iudicia.ſ.oībus vel quibuſdam ex ſortitis ⁊ electis. Ulterius concludit:ꝙ iſti modi conſimiles ſunt modis dictis prius de inſtitutione principatus. Iterum ſi iſta fuerint combinata erunt alij modi. Ut ſi dicamus ꝙ iudicantes ſunt aut ex omnibus:aut ex quibuſdam:⁊ hoc ſm alterum modum eligendi.ſcȝ ſorte ⁊ electione:vt ſi dicamus ꝙ iudicia aut ſunt ex omnibus: aut quibuſdam:⁊ ſi ex omnibus:aut ſorte aut electiōe:aut ex omnibus.hi quidem electione:alij vero ſorte:⁊ ſi ex quibuſdam aut ſorte:aut electione:aut ex quibuſdam quidē ſorte:ex quibuſdam vero electione:⁊ tunc cōcludit ꝙ tot contingit eſſe modos iudiciorum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Horuȝ aūt prima popularia ſunt quecunqȝ ex omnibus vel de omnibus. Secunda vero paucorū potentie quecunqȝ ex quibuſdam de omnibus. Tertia optimatū ⁊ ciuilia quecūqȝ partim ex omnibus:partim ex quibuſdam.

¶ Oſtēdit q̄ modi reipu.cōueniunt:⁊ dicit ꝙ p̄mi quatuor ſcȝ omnes de omnibus cōueniunt ſtatui populari. Secūdi quatuor paucoꝝ potentie:ſcȝ quecunqȝ ex quibuſdaȝ de omnibus. Tertij:ſcȝ quatuor optimatibus ⁊ rebuſpu. ſcȝ ꝙ partim ſunt ex omnibus:partim ex quibuſdam.

¶ Finis.

¶ Excellentiſſimi theologie profeſſoris magri Ludouici Ualentie procuratoris ordinis predicatoꝝ ad reuerēdiſſimū in xp̄o p̄rem ⁊ dnm dnm. F. Cardinalē Senen̄.epithoma per ꝯcluſiones quarti libri politicoꝝ Ariſtotelis.

¶ Huius ſcientie cum ſit circa genus quoddā:qđ eſt reſp. eſt cōſiderare que ſit optima reſp.⁊ maxime expetibilis: ⁊ que qualiſqȝ cuiqȝ poſſit cōferre.ſic enī ⁊ in cunctis artibus ac ſcientijs debet contingere vt optimū ſui generis perquirant:etiā ſi id aut non cupiant homines:aut aſſequi nequeant:⁊ non ſolum eius eſt optimā remp.ꝯſiderare ſimpliciter:ſed ⁊ que bona eſt quantū fieri pōt:⁊ deinde que ex ſuppoſitione bona ſit:⁊ hāc certe que non ſimpl'r bona ſit ſpectare opȝ quo pacto ab initio conſtituat̄:⁊ ꝗ̄plurimo tēpore conſtituta cōſeruet̄:ſed ⁊ cōmuniorē oībus:⁊ que ſit facilior cōſiderare debet ciuilis homo.vnde errāt qui ſolum de optima tradunt:⁊ qui ſolū cōem proſequunt̄.

¶ Corrigere aūt rempu.iam inſtitutā nō eſt minus difficile ꝗ̄ȝ ab initio inſtituere:ſicut diſcere eum qui male didicerit difficilius ꝗ̄ȝ ab initio didiciſſe.

¶ Qui autem de his vult cōſiderare non debȝ ignorare ⁊ ſpecies ⁊ differentias earū:⁊ cum hoc etiā leges ac legum differentias eū nō opȝ latere:cū leges reipu.cauſa ſint inſtitute:⁊ eius fini accōmodāde.vnde diuerſis ⁊ multiplicibus rebuſpu.exiſtentibus varias quoqȝ ac multiplices neceſſe eſt leges eſſe.

¶ Inter oēs reſpu.tranſgreſſiones peſſima eſt tyrānis q̄ ab optimo regno diuertit:poſt hanc paucoruȝ potentia q̄ optimatis labes ē quā poſt regnū eſſe cōſtat:poſtrema vō labes popularis ſtatus qui reip.cōi noīe dicte trāſgreſſio eſt quā vltimo bonarū reſpu.loco reponimus.nec iſtarū tranſgreſſionum vnā altera meliorē:vt exiſtimauit Plato cenſendam eſt:ſed minus improbam.

¶ De pluralitate rerumpu.in genere.

¶ Plures eſſe opȝ reſpu.eo ꝙ ⁊ ptes ciuitatis ſpē differant quarū dn̄iam reip.formā ſequi neceſſe eſt.Alij nāqȝ pauperes:alij diuites:alij vō medij.diuitū quoqȝ ⁊ pauperū ⁊ medioꝝ multas eſſe ptes ꝯſtat:rurſuȝ reſpu.eſt gubernatorum inſtitutio:ſm igit̄ gubernatoꝝ diſtributioneȝ plures neceſſe eſt eſſe reſpu.ſpecies.

¶ Item non recte ſentiunt priores putantes duas tm̄ eſſe reſpu.popularē ⁊ paucoꝝ:ceteras vero ad has reduci inſtar ventorū:quoꝝ alij boreales:alij auſtrales ſunt:ceteri vero venti hoꝝ exceſſus ſunt:ſed melius eſt ꝯſtituere aliquas reſpu.bene ordinatas vt vnius optimatū:vel plurimoꝝ:quaſdā deinde harum eſſe labes ⁊ tranſgreſſiones.

¶ Status paucoꝝ ⁊ popularis ꝗ̄uis multitudine ⁊ paucitate per ſe non differant:vt ſupra oſtenſum eſt:nō tn̄ eorū eſt cōſtitutio ⁊ diuiſio:niſi ⁊ multitudinis ⁊ paucitatis ratio ac differētia his adueniat:vt popularis ſit quidem gubernatio:qñ ingenui homines ⁊ inopes multi exiſtentes gubernant rempu.paucorum vero potentia quādo opulenti ⁊ nobiliores pauci exiſtentes gubernant.

¶ Preter aūt illas reſpu.quas diximus:multas eſſe alias opus eſt:ſuſcepte enim combinationes partium ciuitatis que ad ſpēm ſpectare poſſunt:ſpecierū quoqȝ dn̄iam oſtēdunt:ſicut plures ventris:oris:aurium qȝ combinatiōes: multas quoqȝ aīalium ſpēs eſſe arguunt:lȝ autem multas hō in ciuitate ptes aduerti.Infime eniȝ ciuitatis pars rurſum in agricolas artifices forenſem multitudineȝ ⁊ mercenarios diuidi:media vero propulſatores belli ius dicētes:cōſultores opulentos publicam exhibentes operaȝ ac magiſtratus gerentes congregat:ſuprema vero ex his cōſtat qui p̄ncipari poſſunt:ac ex ceteris quos diximus ⁊ cōſultoribus ⁊ decernentibus iudicia:hec aūt pars his ſoluȝ poteſt competere qui virtute preſunt.

¶ Socrates errauit in aſſignandis partibus ciuitatis qui ſolū eas reddidit que vite gratia eſſe vident̄:ciuitas autē bene viuendi gratia eſt inſtituta.

¶ Propulſatores belli ſūt in ciuitate neceſſarij ſi debeat ciuitas libertatem tueri: alioquin eſſet natura ſerua nec ſibi per ſe ſufficiens.

¶ Ius dicentes quoqȝ in ciuitate eſſe opȝ:hi eniȝ velut anima ſūt in ciuitate:cuius eſt decernere ac ſentētias dicere.

¶ Conſultores etiam neceſſarij ſunt:conſulere enim ciuilis prudentie opus eſt.

¶ Ciuitas etiam opulentis indiget:hi enim poſſunt reipu. onera ſuſtinere.

¶ Ciuitas quoqȝ abſqȝ magiſtratibus eē nō pōt: populus enim abſqȝ rōne eſt:⁊ ideo rectore ac ductore indiget.

¶ Maxime autem due apparent reſpu.popularis ⁊ paucorum:eo ꝙ partes ex quibus conficiuntur plurimū diſtare ⁊ opponi vident̄:diuites enim ⁊ egeni idem eſſe non pn̄t ſimul:ſicut contingit eundem eſſe artificē ⁊ agricolam ac belli propugnatorē:rurſum eundem iudicē ⁊ cōſultoreȝ: ac etiam q2 vt plurimū diuites pauci ſunt:īopes vō mlti.

¶ De ſpēbus ſtatus popularis.

¶ Plures ſunt ſpecies popularis ſtatus ⁊ paucoruȝ gubernationis:eo ꝙ ⁊ in plebe ⁊ in nobilitate multa ſunt hominum genera.

¶ Prima popularis gubernationis ſpecies eſt:cuȝ omnes equales ſunt in repu.⁊ diuites ⁊ pauperes:eo ꝙ omnium ſit equalis libertas.

¶ Alia ſpecies eſt vt qui determinatū:⁊ illum quideȝ paruum cenſum poſſident poſſint magiſtratuȝ ⁊ honores in repu.obtinere:ſic enim multitudinis erit ſtatus.

❡ Declarat q̃b⁹ legib⁹ vtendũ eſt ad ꝯſiſtentiã ipſi⁹: ⁊ diuiditur in partes q̃tuor ſ̃m q̃tuor leges: quas dicit expedire ad conſiſtentiã ipſius. ſcd̃a ibi. (Erat antiq̃tus ⁊c̃.) 3° cu3 dicit. (Eſt aũt lex ⁊c̃.) 4° ibi. (Dirigere ẽt ⁊c̃.) In prima dicit: ꝙ ad iſtituẽdũ populũ agricultiuũ i populari ſtatu ꝑdicto ſunt vtiles quedã leges apud antiquos quoſdã poſite. Prima q̃dem nõ licere poſſidere aliquem in ciuitate quãtãcũq; quãtitatẽ terre: ſed ſ̃m mẽſurã determinata3: nã ſi licere poſſidere quãtãcũq; poſſent acq̃rere: ⁊ ditarentur nimis: ⁊ nõ remaneret populus agricola: aut ſi ꝑmittatur habere quantãcũq; menſuram terre: nõ tamẽ in loco ꝑpinquo municipio ciuitatis: ſed in remoto magis: h̃ eni3 modo neceſſe haberet magis habitare in loco remoto a ciuitate q̃ in ipſa: ⁊ minus poſſet machinari ⁊ nocere. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Erat antiquitus in multis ciuitatib⁹ lege cautum non licere venditionem facere honorum prime hereditatis.

❡ Ponit ſcd̃a3 legẽ ⁊ dicit: ꝙ antiq̃tus ſtatutũ fuit in multis ciuitatib⁹ ⁊ lege ordinatũ: ꝙ aliq̃d qđ ad ꝑpoſitũ expedit. ſ. nõ licere vẽdere vel alienare p̃mas ſortes heredita-

tum quas acceperunt a ꝓgenitoribus:ſicut filijs iſrael nõ licebat ſm legem alienare ſimplr hereditates:ſ; tñ obligare ad tẽpus. ſic eni; ꝑ alienationẽ poſſeſſionũ aliq non efficiebãtur pauperes:nec alij per acquiſitionem ditiores preter ꝓportionem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aũt lex quã dicunt Oxyli fuiſſe:ne liceat cuiq; fenerari ſuꝑ aliq̃ fundi pte quã; qs hr̃et.

¶ Ponit tertiã dicẽs:q̃ eſt q̃da; alia lex quã dicunt fuiſſe Oxyli legiſlatoris que eãdẽ potẽtiã cũ precedẽti.ſ.nõ mutare aliqd ſuꝑ portionẽ terre quã aliqs hab;:nec ẽt ipſa; poſſe obligare:⁊ eſt eadẽ rõ iſtius legis ⁊ ꝑcedẽtis:niſi q̃ iſta magis reſtringit q̃ illa:illa enim prohibet alienationem terre ſimplr in qua trãſfertur dominiũ:iſta aũt obligationẽ retẽto dñio etiã. ¶ Deinde cu; dicit.

¶ Dirigere etiã op; Aphytalarũ lege:eſt enim vtilis ad id qḋ dicim⁹:illi enim quãq; ſint permulti:poſſideant aũt exiguam regionẽ:tñ oẽs agricole ſunt:qm̃ ꝑcia ↄſtituũt nõ totarũ poſſeſſionũ:ſed ꝑ tales ptes diuidẽtes:vt ẽt pauperes faciliter eas ꝑcijs ſuꝑare poſſint.

¶ Ponit quartã dicẽs:q̃ adhuc o; populũ agricolã dirigere ſm lege; ⁊ ſtatuta Aphytalarũ.ſ.illius gẽtis: ipſa enim vtilis eſt ad hoc:illi enim q̃uis multi exiſterẽt ⁊ haberẽt paucã terrã:oẽs erãt agricultores:illi eni ſi haberẽt terras vel poſſeſſiones vltra determinatã mẽſurã in lege dabãt ad preciũ vel ad cenſum pauperib⁹:vel nimis habẽtibus nõ totam:ſed diuidentes eas ſm aliques partes:⁊ retinebant ſibi quantũ determinatu; erat a lege:reſiduum tradentes ſm dictũ modũ:vt ſic etiam pauperes per terram acceptam ad cenſum aliqualiter venirent ad aliquē exceſſum diuitiarum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Poſt agricolarũ multitudinẽ optim⁹ eſt populus vbi paſtores ſunt:⁊ viuunt ex animalibus. In multis vero hec cũ agricultura cõuenientiam habet:vtriq; enim corporib⁹ exercitati ad bellicas expeditiones vtiliſſimi ſunt ac potentes ſub diuo conſiſtere.

¶ Declarat qualr multitudines populares alie ſe habent ad iſtã:⁊ diuidit̃ in duas. In ṗma declarat q̃ multitudo paſtoralis melior eſt poſt iſtã. In ſcḋa cum dicit.(Cetere vero ⁊c.)declarat q̃ oẽs alie deteriores ſunt ipſa. In prima dicit q̃ optima multitudo popularis poſt agricultiuã eſt illa:que eſt ex paſtorib⁹ viuentib⁹ ex pecudib⁹. In multis enim ↄſilr ſe h; ad agricultiuã:ſicut enim illa neceſſe h; Imorari extra ciuitatẽ circa agriculturam:ſic iſta circa cuſtodiã ⁊ ꝑparationẽ alaliu;:iterum iſta multitudo eſt magis exercitata in actionib⁹ bellicis ſm habit⁹:ſunt eni exercitati in cuſtodiẽdo a lupis ⁊ latronib⁹:iterũ corpora hñt bñ diſpoſita:⁊ ſunt fortes ſ; corp⁹:aſſuefacti frigoribus ⁊ exercitati circa venationes:tales aute; bñ diſpoſiti ſunt ad act⁹ bellicos. vñ Uegetius in libro de re militari dicit meliores milites eligẽdos eſſe ex venatorib⁹ ⁊ carnificib⁹ ⁊ fabris malleatorib⁹. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Cetere vero multitudies q̃ſi omnes:ex qb⁹ alij ſtat⁹ populares cõſtãt multo q̃ hi deteriores ſunt. Nã opificũ qdẽ ac forẽſiu; ⁊ mercenariorũ vilis eſt vita:nullũq; virtutis op⁹.

¶ Declarat q̃ alie multitudines deteriores ſũt multo iſta ⁊ diuidit̃ in duas ſ; q̃ hoc ꝓbat ꝑ duas rõnes. Quarũ ſecundã ponit cu; dicit.(Et iſup.) In ṗma dicit q̃ oẽs alie multitudines popularis ſtatus:puta mercenariorũ in ſuis operationib⁹ ⁊ forenſis:que negociat̃ circa forũ venaliu; ⁊ viliũ perſonarũ:que locat opera ſua mercede ſunt multo deteriores his que dicte ſunt:parum enim participant de vita:que eſt ſm rationẽ:⁊ nulle operationes eorũ ſ; q̃ hꝰ ſunt exercitantes ad virtutem. Contrariũ autẽ inuenitur in ꝑdictis multitudinib⁹:quare iſte ſunt multo deteriores illis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et iſuper q hꝰ gen⁹ hoiu; circa forũ vrbẽq; vt ita dixerim:aſſidue heret:faciliter cõciones agitat:at agricole q ſparſi; habitant ꝑ agros:neq; in vnum cocũt faciliter:neq; ſimiliter indigent hꝰ congregatione.

¶ Ponit ſcḋa; rõnẽ dicẽs:q̃ ꝑter illḋ qḋ dctũ eſt:multitudo forẽſis mercenaria:q̃ circa municipiũ ciuitatꝭ morat̃:vt in plurib⁹ volũt facere ↄgregatiões:in qb⁹ colligatiões ⁊ ↄſpiratiões faciũt ↄ̄ ṗncipẽ:⁊ ẽt ꝑuerſe ſentẽtiãt ꝑꝑ hoc qḋ ab ipſis ↄgregatiõib⁹ lucrũ recipiũt. Iſta aũt ſunt corruptiua reipu. ⁊ iõ peiores ſunt ad gubernãdũ:terre cultores aũt q habitacula hñt diſpſa ꝑ regiões iuxta terras q̃s excolũt nõ ↄueniũt libẽter ad hꝰ ↄgregatiões:q ꝑ hoc retardarent̃ ab operib⁹ neceſſarijs:nec idigent:ſilr hac ↄgregatione propter h̃ q̃ magis habent ad vitam neceſſaria curare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quib⁹ vero contingit ſitũ regionis talẽ eſſe vt longe diſtent ab vrbe:in his facile eſt popularẽ ſtatũ laudabilẽ conſtituere ac rempublicam:vt enim ipſa compellit̃ multitudo q̃ſi colonias per agros efficere.

¶ Cõcludit ex ꝑcedẽtibus:vbi cõtingit fieri bonã rẽp. popularẽ. Et primo facit h̃. Scḋo ↄcludit documẽtũ cũ dicit.(Quare ⁊ ſi.) Dicit igit̃ ṗ q̃ ſi in aliquo loco regio ſic ſit diſpoſita aut terra cultiua multũ remota ſit a municipio ciuitatis:facile eſt in illa ciuitate bonũ ſtatũ popularẽ facere ⁊ iſtituere. Cui⁹ rõ eſt:q multitudo agricolarũ cogit̃ edificare magis remotis a ciuitate ⁊ hitare in illis:ꝑꝑ qḋ raro veniẽt ad ↄgregatiões:⁊ iõ ↄ̄ ṗncipãtes nõ mocbiabunt̃:⁊ ipſi ṗncipãtes i pace ṗncipabũt̃. ¶ Deide cũ dic̃.

¶ Quare ⁊ ſi forenſis turba ſit tamen conciones in populari ſtatu nõ faciet abſq; multitudine illa:que per agros habitat.

¶ Cõcludit documẽtũ q̃ſi ad remotionẽ obiectionis que poſſ; fieri. Diceret.n.aliqs q̃ q̃uis agricole nõ multũ curent venire ad ↄgregatiões ꝑꝑ cã; ꝑdictã:forẽſis tñ multitudo ⁊ mercenaria nolẽt frequẽter facere ↄgregationes ⁊ icidet icõueniẽs ↄtra ꝑdicta:q̃ſi ad hui⁹ remotionẽ dic̃: q̃ ſi turba forenſis:⁊ mercenaria ſepe velit cõgregari:expedit ordinari ꝑ legẽ vel tenere ꝑ ↄſuetudinẽ non facere ↄgregatiões aliquas:in qbus habeãt poteſtatẽ de magnis non vocatis illis:qui habitãt extra ciuitatẽ in regione:ex hoc eni; ſequunt̃ duo cõmoda. Primũ q̃ pauciores erũt ↄgregatiões:illi enim nõ ſepe cõuenire poſſunt ꝓpter remotũ ⁊ neceſſaria. Scḋo q iſti min⁹ malitioſi ſunt ⁊ meliores vt frequẽtius repriment aliqualiter malitiã ⁊ aſtutiam fortaſſis multitudinis.

Quomodo ergo conſtituẽda ſit optima illa:ac prima popularis gubernatio dictũ eſt:p; ẽt q̃uo alie:ſubſequẽter eni eſt deſcẽdẽdũ:⁊ deterior ſemper multitudo ſeparãda. Lec. V.

¶ Poſtq̃

¶ Poſtq̃ p̃hs declarauit: ex q̃b⁹ ⁊ quõ inſtituẽda eſt optima reſp. popularis declarat ex q̃bus ⁊ quõ ſunt iſtituẽde alie ſpẽs ipſi⁹ deteriores vel inordinatiores: ⁊ circa h̃ duo facit. Primo eniʒ breuiter tãgit ex q̃bus ⁊ quõ iſtituant̃ p̃dicte ſpẽs. In ſcd̃a cũ dicit. (Poſtremã ⁊c̃.) iſiſtit circa vltimã ⁊ iordinatiſſimã. In p̃ma p̃te dicit: q̃ ex predictis manifeſtũ eſt quõ inſtituenda ſit optima reſp. popularis quãtũ ad bonã ordinationẽ ⁊ p̃mã ſ꞉ naʒ. Ex quo põt eẽ manifeſtũ quõ alie ſpẽs ipſi⁹ ſint iſtituẽde: ſi eniʒ optima reſp. popularis ex multitudine optima iſtituẽda eſt: ⁊ ſm̃ ordinationẽ optimã ſibi cõuenientẽ: cũ alie deficiãt ab ipſa quedã min⁹: ⁊ q̃dã plus: manifeſtũ eſt q̃ opʒ trãſgrediendo ⁊ a bona multitudine deteriorẽ accipiẽdo multitudinẽ: ⁊ a recta ordinatione permittẽdo maioreʒ iordinationẽ ſm̃ plus ⁊ min⁹: ita q̃ minus iordinata rep. popularis poſt p̃mã fit ex multitudine min⁹ iordinata: ⁊ magis iordinata ex magis iordinata: ⁊ maxie iordinata: puta vltia ex maxie iordinata: ſic. n. differũt ſpẽs ſtat⁹ popularis ſm̃ q̃ apparuit in q̃rto hui⁹. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Poſtremam vero ſpẽm: q꞉ omnis multitudo ad illam recipit̃: neq꞉ cuiuſcũq꞉ ciuitatis ẽ eam perferre: neq꞉ facile p̃manere eam: niſi legib⁹ ⁊ morib⁹ bene ſtabilitam. A q̃b⁹ ṽo labefactari cõtingat: ⁊ hanc ⁊ alias reſpublicas fere dictũ eſt p̃ri⁹ in plurimis.

¶ Inſiſtit circa vltimã: ⁊ p̃mo tãgit q̃ nõ eſt bene mãſiua de ſe. Secũdo cũ dicit. (Sed ad ⁊c̃.) declarat ex q̃b⁹ maxime ꝯtingit eã firmare. In p̃ma dicit: q̃ vltima ſpẽs popularis ſtat⁹ nõ põt bñ ſuſtineri a tota ciuitate: puta a diuitib⁹ ⁊ pauperib⁹: nobilib⁹ ⁊ ignobilib⁹: niſi ſit bñ ordinata legib⁹ ⁊ cõſuetudinib⁹ ꝯuenientib⁹ ei. Et rõ hui⁹ eſt: q꞉ in hac rep. populari tota multitudo: q̃cũq꞉ ſit in ciuitate p̃ncipat̃ ſicut aliq̃s vnus: ⁊ ſm̃ q̃ ei videt̃. Nũc aũt hõ multitudo quãtũ ad maiorẽ ſui partẽ iprudẽs eſt ⁊ iordinata ⁊ in operib⁹ ſuis ſeq̃tur ĩpetũ magis q̃ rõneʒ: ꝓp̃ qđ opp̃mũt maiores ⁊ meliores ⁊ corrũpũt iudicia: ex quo ꝯtingit corruptio reip. Que aũt ſunt q̃ poſſunt corrũpere hãc rẽp. ⁊ ẽt alias reſp. in vlĩ ⁊ in p̃ticulari dicta ſunt p̃ri⁹ pro maiori p̃te fere: dicit aũt fere: q꞉ poſſunt eſſe aliq̃: que p̃ri⁹ nõ tangebant̃. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ad conſtituẽdam hanc popularẽ gubernationẽ ⁊ ad populuʒ roborãdũ conſueuerũt p̃ſidẽtes recipe cõplures ac ciues efficere non ſolũ legitimos: verũetiã ſpurios ex quouis ciue. i. ſiue ex p̃re ſiue ex matre: omne enim hoc huic populo magis cõueniẽs eſt.

¶ Oſtẽdit per que ꝯtingit firmare hõ rẽp. Et diuidit̃ in p̃tes duas: q̃rũ p̃mo docet ꝑ que ꝯtingit eã firmare intẽdẽdo ipſaʒ. Scd̃o cũ dicit. (Eſt aũt opus.) per que ꝯtigit eã firmari remittẽdo. Circa p̃muʒ ponit q̃tuor obſeruãda: ꝑ que cõtingit eã firmare in cõdẽdo. Scd̃m ponit cũ dicit. (Inſuper.) Tertiũ cũ dicit. (Preterea tyrãnica.) Quartũ cũ dicit. (Ut ſine metu ⁊c̃.) Circa p̃mũ ponit p̃mo documẽtũ illud. Scd̃o cum dicit. (Cõſueuerũt igit̃ ⁊c̃.) docet ipm̃ moderari. In p̃ma dicit q̃ p̃ncipes in hac rep. ad faciẽdũ eã firmiorẽ: ⁊ ad faciendũ multitudinẽ popularẽ valde potentẽ ꝯſueuerũt coadiũgere plurimos extraneos: ⁊ aliq̃ñ aliquos qui nõ ſunt legitimi ciues: ſed ſpurii q̃ ſunt ex alterutro ciue patre vel matre: hoc enim cõueniẽs eſt huic reipublice: plurib⁹ eniʒ adiũctis reipublice fortior eſt multitudo: fortior aũt exiſtẽs magis põt rẽp̃mere exceſſus diuitũ ⁊ volẽtiũ tyrãnizare. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Conſueuerunt igitur hi qui ſ populos ducũt ita conſtituere: opʒ tamẽ id facere quoad exuperet nobiliuʒ mediorũq꞉ multitudinẽ: neq꞉ vltra p̃gredi: nam ſi tranſcẽdunt turbationẽ efficiunt rẽpublicã: ac nobilitatẽ exaſperando magis irritant: q̃ cauſa ſeditiõis fuit apud Cyrenẽ. Paruum. n. inconueniẽs cõniuẽdo trãſitur: magnũ ṽo in oculis heret.

¶ Declarat qualr̃ moderãdũ eſt iſtud documẽtum: q꞉ nõ quocũq꞉ mõ obſeruatũ expedit dicẽs: q̃ ductores populi ꝯſueuerũt facere: ſicut dictum eſt: hoc tñ aliqualr̃ expedit aliqualr̃ aũt nõ: quãdiu. n. poteſtas diuitũ ⁊ nobiliũ ⁊ medioꝝ iter diuites ⁊ pauperes excedit poteſtatẽ ipſi⁹ multitudinis: expedit adiũgere extraneos vſq꞉ quo potẽtia multitudinis excedat: ſed vltra hoc notabilr̃ adiungere q̃ plurimos nõ ſimplr̃ expedit ꝓp̃ duo. P̃rio q꞉ ſi numerus aduenaꝝ excedat multũ: accidit rẽpublicã magis inordinatã eẽ: q꞉ extranei adiũcti aut iprudentes ſunt ⁊ ſine ṽtute: vt in plurib⁹: aut non aſſuefacti in ordine reipublice: ⁊ iõ ipſis habitis addit̃ q̃dẽ ad potẽtiã ⁊ ad idiſcretioneʒ. Exceſſus aũt potẽtie ſine diſcretione rẽp. corrũpit. Scd̃o q꞉ cũ multi extranei adiungunt̃ turbant̃ nobiles ⁊ iſignes ⁊ magis grauiter ſuſtinẽt rẽp. ꝓp̃ hoc q̃ deteriores ipſis aſſumunt̃ ad dñiuʒ reipublice: ⁊ hec fuit cã ſeditiõis facte in rep. Cyrenẽſiuʒ. ſ. notabilis multido multitudini aſſũptoꝝ ad rẽp. ſi eniʒ pauci adiũcti fuiſſent: nõ eẽnt ita notabiles: nec ita curarẽt. Paruũ. n. malũ negligit̃: q꞉ illud qđ eſt paruũ reputatur quaſi nihil. q꞉ ꝓpriuʒ ineſt ei: aut q꞉ oio nõ cognoſcit̃: magnũ aũt magis eſt manifeſtũ ꝓpter qđ magis curat̃. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Inſuꝑ talia conſtituta vtilia ſunt ad popularẽ ſtatum huiuſmodi ⁊ ad populi corroborationẽ: q̃lia Caliſthenes Athẽis factitauit: quo populi gubernationẽ augeret: ⁊ apđ Cyrenẽ qui populũ conſtituerũt. Tribus enim alie cõſtituende ſunt plures ⁊ ſolidítates priuatorũ ſacroꝝ redigẽde ſunt ad pauca ⁊ publica: ⁊ cuncta diligenter excogitãda: quo q̃ maxime oẽs ſimul admiſceant̃ familiaritates cõuerſationeſq꞉ p̃rime diſiungantur.

¶ Ponit ſcd̃ʒ documẽtũ dicẽs: q̃ p̃ter hec iſtituta vel ſtatuta que Caliſthenes iſtituit Atheniẽſib⁹ ad agẽdum vel fortificãdum ſtatũ popularẽ ipſoꝝ ſunt ꝯueniẽtia ad firmandũ p̃dictã rẽp. ſilr̃ ⁊ illa q̃ iſtituerũt popularis reipu. cõditores circa Cyrenẽ. Unũ q̃dẽ eoꝝ eſt: q̃ alique trib⁹ de nouo faciẽde ſunt in ciuitate per aliquoꝝ eiuſdẽ generis receptionẽ ⁊ iexiſtẽtes augmentãde ſunt per cõiugia. Secũdũ ṽo ⁊ q̃ ſocietates circa aliqua particularia ⁊ ꝓpria plures exiſtẽtes reducẽde ſunt in paucas ⁊ cões magis: ita vt ſint pauciores ſm̃ numeꝝ ſolidítates: plurium autẽ homĩʒ: ⁊ ſic oĩa ſunt excogitãda: vt oẽs adiuicẽ in ciuitate ſint ꝑmixti: vl̃ ſ꞉ trib⁹ qđ ſit ꝑ ꝯiugia vel ꝑ ſodalitates: qđ vel ꝑ ꝯuerſatiões vl̃ ꝯgregatiões cões: ſic. n. magĩ adinuicẽ erũt vniti ꝑ dilectionẽ: ⁊ ꝑ ꝯñs fortiores: q꞉ oĩs ṽt⁹ ꝯiũcta fortior eſt ſeipſa diuiſa: tñ h̃ faciẽdo obſeruandũ eſt: q̃ eedẽ leges ⁊ ꝯſuetudines ꝯſuent̃ nunc ⁊ p̃ri⁹: ſi eni mutatis tribub⁹ ⁊ ſodalitatib⁹ mutarent̃ leges ⁊ ꝯſuetudines neceẽ eẽt rẽpublicã mutari: q꞉ leges ⁊ ꝯſuetudies in republica inſtituẽde ſunt ſ꞉ ordinẽ ad rẽpublicaʒ: ſicut dicebatur in tertio libro. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Preterea tyrãnica machinamẽta omnia videntur eſſe popularia: ceu licentia ſeruorum ⁊ mulierũ ⁊ puerorum.

¶ Ponit tertiũ dicẽs: q̄ cũ his ſtatuta tyrãnorum videntur eſſe vtilia ad ſtatũ popularẽ hic: qz iſte ſtatus eſt: ſicut q̃dã tyrãnis: ſicut licẽtia ſeruorum: hoc eſt principatus ſup ſeruos: ſimiliter principatus ſup mulieres ⁊ ſup pueros corã quibus ↄpetat actio ſeruis ↄtra dños: ⁊ mulieribus ↄtra viros: ⁊ pueris cõtra parẽtes: iſta enim inſtituũt tyrãni: vt per hoc magis habeãt beniuolẽtiã puerorum: mulierũ ⁊ ſeruorum: que ſunt magna pars ciuitatis. ⁊ per eãdẽ rõnẽ hoc expediẽs eſt ĩ predicta populari republica. ¶ Sed intelligẽdũ q̄ hoc vtile eſt vſq ad aliq̃d: nõ aũt quantũ ad oĩa: inſtituere enĩ principatus p̄dictos corã quibus ↄpetat actio mulieribus ſeruis ⁊ pueris quantũ ad oĩa que poſſent ꝓponere ↄtra viros dños ⁊ parẽtes ↄueniẽs eſt ⁊ diuidere ciuitatẽ: tñ inſtituere aliq̃s principatus corã quibus ↄpetat actio ↄ p̄dictos: tñ q̄tum ad pauca: ⁊ magna nõ eſt ĩcõueniẽs in iſta rep. q̃uis ſimpliciter incõueniens ſit ⁊ malum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ut ſine vllo metu viuãt vt velint: ꝑmulti. n. hũ ſtatũ ciuitatis amabant: cũ pleriſq dulcius ſit diſſolute viuere q̃ modeſte.

¶ Ponit quartũ dicẽs: q̄ adhuc ad firmãdũ ſtatũ popularem talem vtile eſt: q̄ principãtes in ea diſſimulẽt viuere ſubditorum vt volũt nõ puniẽdo malas actiones oẽs voluntarias: hoc enim multũ auxiliatur tali reip. qz multum delectabilius eſt inordinate viuere q̃ tẽperate ⁊ ſm virtutem. Homines enim vt in pluribus a rõne recta deficiũt. Ad defectionẽ aũt rõnis ſequitur viuere p̄ter rõnem ⁊ ordinẽ: pauci aũt ſequũtur rõnẽ rectã: ⁊ iõ pauci tẽperate aſſueſcunt viuere: multi aũt inordinate: ⁊ iõ delectabilius eſt pluribus inordinate viuere: qz magis aſſueſcũt: ⁊ ideo magis diligunt rẽp. in qua ꝑmittuntur in delectationibus viuere. Et eſt notãdum q̄ nõ dicit philoſophus q̄ p̄cipiẽdũ ſit in iſta rep. q̃ntũcũq ſit male ordinata viuere vt quis voluerit: nec ẽt ꝑmittendũ cũ ſcitũ fuerit: ſed diſſimulãdum qḋ minus eſt. In nulla enim ſocietate bonum ſi dz manere precipiẽdũ eſt hoc: nec permittẽdũ vſquequaq ⁊ paſſim: ſed diſſimulãdũ q̃nq ꝓpter qualitatẽ perſone: vel alicuius alterius circũſtantiarũ: ⁊ ideo rõnabiliter dixit Cõmẽtator ſup ſextũ ethicorum. illum nõ eſſe verum legiſlatorẽ: ſz corruptorẽ magis: qui tales delectationes ſequẽdas lege ſtatuit vel permiſit paſſim: ſicut fecit Macometus: ꝓpter qḋ in breui tẽpore adheſerunt legi ipſius multi: quia delectabilius fuit eis viuere inordinate q̃ ſm ordinem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt autẽ opus legis poſitoris: ⁊ eorum qui volunt ſtatũ aliquem talẽ conſiſtere: nam vt conſtituatur talis ſtatus non magnũ negociũ eſt: neq ſolum: ſed magis vt ſeruetur: vno enim vel duobus vel tribus diebus permanere quomodocũq gubernantibus haud difficile eſt: q̃propter opus eſt ex his: quas ſupra rettulimus cõſeruationibus: ⁊ corruptelis rẽpublicarũ cautelam aſſumere cauẽdo: que corruptura ſunt: ac leges tales ponẽdo: ⁊ ſine ſcripto: ſcriptaſq cõſeruationes ſtatus maxime cõprehẽdant: neq putare id eſſe populare: neq paucorum potẽtie: qḋ efficiat ciuitatem: maxime a multis vel a paucis gubernari: ſed q̄ q̃ plurimũ tẽpus.

¶ Docet ex quibus firmãda eſt per remiſſionẽ magis: ⁊ circa hoc p̄mo tangit ꝓeminẽtiã huius vie ad precedentẽ. Scḋo cũ dicit. (At nũc hi.) ponit documẽta. In primo dicit q̄ ad legis poſitorẽ: ⁊ ad eos q volũt ꝑmanere rẽpublicam iſtã talẽ qualẽ pertinet nõ multum laborare inſtituẽdo magnũ opus: neq ſolũ. i. nullũ intẽdẽdo eam: ſed magis ꝑtinet ad eos laborare vt ſaluetur plurimo tpe: nõ. n. difficile eſt rẽp. qualẽcũq ordinatã ꝑmanere pauco tpe vno vel paucis diebus: ſed difficillimũ eſt ipſam manere multo tpe: ⁊ iõ opz reducere ad memoriã q̄ ſunt ſaluãtia ⁊ corrumpẽtia reſpublicas: de quibus ↄſideratũ eſt in q̄nto: ⁊ ꝑ ea tẽtare q̃uo ſaluetur reſpublica: fugiẽtes ea q̄ corrũpũt ipſã: ⁊ inſtituẽtes leges ⁊ ↄſuetudines nõ ſcriptas ⁊ ſcriptas: in quibus cõprehẽdantur illa q̄ ſaluẽt eandẽ: ⁊ nõ dz aliquis credere: q̄ illud ſtatutũ ſit magis populare vel paucorum potẽtie: qḋ maxime facit ciuitatẽ populariter viuere vel ſm ſtatũ paucorũ: ſz illa que faciunt eã permanere plurimo tẽpore: ſicut philoſophus ſcripſit prius in quinto: vbi dixit multa eorũ: que videntur popularia ſoluũt populares ſtatus ⁊ paucorum: ſi igitur illa expeditiora ſunt: per que magis contingit ſaluari ſtatum popularem: talia autẽ ſunt remittẽtia vel que attendũtur ſm remiſſionem. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ At nũc hi qui ſunt potẽtes in populis gratificantes multitudini: multa populariter agũt per publicationes bonorum in iudicijs factas: quare opz eos qui curam ſalutis habẽt reipublice contra moliri: leges ponẽdo: vt dãnatorum bona ſacra ſint: ⁊ nõ in publicũ: ſed in ſacrũ referantur. Hec enim lex nihilominus iniurias cõpeſcet: nã pena eadẽ erit. Populus aũt minus cupide dãnabit: cũ nihil ſit vtilitatis ex dãnatione ſuſcepturus.

¶ Ponit documẽta que attẽduntur penes remiſſionẽ ipſius: ⁊ circa hoc p̄mo ponit documẽtũ ſumptũ ex diſtributiõe cõium acceptorum ex cõdẽnatione. Scḋo cum dicit. (Inſuper ⁊c.) documẽtũ aliud ſumptũ ex his que ſunt attẽdẽda circa publicas vindictas. Tertio cũ dicit. (Cum vero poſtreme ⁊c.) ponit alia que accipiũtur ex his que circa congregatiões ⁊ iudicia ſunt ſeruãda. In p̄ma dicit q̄ illi qui ſunt ductores populi q intẽdũt hr̄e grãm ipſius multa inſtituunt in ſtatu populari faciẽda in iudicijs ad vtilitatem pauperũ apparentẽ ⁊ damnũ diuitum: puta q̄ illa que obueniunt ex ↄdẽnatione aliquorum diſtribuãtur multitudini pauperũ: ꝓpter qḋ ↄtingit multitudinẽ male quãdoq ſentẽtiare ꝓpter dilectionẽ pecunie: ⁊ iõ opz illum q habet cordi ſaluationẽ popularis ſtatus obuiãdo contrariũ intẽdere ⁊ ordinare lege vel ſtatuto: q̄ nihil eorũ que confiſcantur ex bonis condẽnatorũ diſtribuatur multitudini: ſed dedicetur deo ⁊ fiat ſacrũ. Ex hoc enim cõtinget: q̄ iniuſta volẽtes agere nõ minus dubitabunt q̃ ſi deberent diſtribui multitudini: equalia enim amittẽt modo vtroq: ⁊ iterũ multitudo minus corrumpet iudicia ⁊ ſententias circa ea: circa que iudicatura eſt nõ ſperans inde lucrum aliquod accipere. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Inſuper publicas accuſatiões q̃ rariſſimas facere magna pena conſtituta aduerſus eos q falſo accuſarint: nõ enim populares in iudiciũ vocare conſueuerũt: ſed nobiles: oportet aũt erga ſtatũ reip. quantũ fieri poteſt: oẽs reddere beniuolos: qḋ ſi id fieri nequeat ſaltẽ conari ne hoſtes exiſtimẽt eos qui gubernant.

¶ Ponit

¶ Ponit documentū qḋ ſumit̃ ex his q̃ obſuāda ſūt circa publicas vindictas. Circa qḋ eſt itelligēdū ꝙ cū pene q̃ntitas debeat rñdere q̃ntitati delicti ſm legē iuſtitie: delictorū aūt q̃dā ſūt occulta: q̃daꝫ aūt manifeſta ꝛ publica: opꝫ penā aliq̃ñ eē occultā: aliq̃ñ aūt manifeſtā: occultoꝝ .ſ. occultā: ꝛ publicoꝝ publicā: hoīes aūt nāl'r magis verēt̃ publicā: ɔtigit aūt q̃nq̃ꝫ ꝙ in ſtatu populari mltitudo ꝓ minori ꝛ occulto delicto īducit publicā penā: ex q̃ ɔtingūt inimicitias fieri iter ciues: ꝛ h̄ eſt qḋ ꝓhibꝫ phs in hoc documēto di. ꝙ expedit ad ſaluationē reip. publicas vīdictas cauere: puta fuſtigationē ꝛ eiectionē a repu. vel ad minus valde paucas facere: ꝓhibēdo eos q̃ tales faciunt vel ſcribūt timore magni dāni: tales enī vīdictas publicas magi aſſueuerūt populares īdicere ɔ̃ īſignes q̃ ɔ̃ populares: ꝑꝑ qḋ ꝑiculoſiores ſūt. vñ dic̃ phs: q2 ſūt pn̄ magne diſſenſiones: q2 ſm phꝫ in 5° huiꝰ: total'r īſigniū diſſenſiones conſumere faciūt ꝛ totā ciuitateꝫ: ꝛ ṗus dixerat de diſſenſione dñoꝝ loquēs ꝙ oꝫ ſubditos vereri ꝛ diſſoluere ṗſidia ꝛ potētū diſſenſiōes. expedit. n. ī rep. ciues oēs ſi poſſe ē beniuolos eē: ſi āt nō ē poſſe adminꝰ cauere ne hoſtes videāt̃ ſubditis: facere aūt tales publicas vindictas mltas ṗcipuꝫ eſt maliuolentie: ꝛ iō vitāde ſunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū v̄o poſtreme ille ſpēs gubernationū popularium in multitudine cōſiſtant: ac difficile ſit vt cōcionibꝰ vacare poſſint ſine alicuius mercedis ſuſceptiōe: hoc aūt niſi redditus habeat ciuitas maxime inimicū eſt preſtātibus viris: nā ex tributo ꝛ publicatione bonoꝝ ꝛ ex iudicioꝝ iprobitate neceſſe eſt ꝓuenire ꝙ mltas tā reſpu. ſubuertit: vbi ergo publici redditus nō ſunt facere opꝫ conciones raras ꝛ iudicia magna quideꝫ: ſed paucis diebus duratura. Hoc aūt confert ad illud qḋ non formidabunt ipenſas opulenti: ꝛ diuites nō capiēt mercedē iudicij: ſ; paupes. Cōfert ēt ad recte iudicādū multo magis. Nam qui magna patrimonia habēt multis diebꝰ abeſſe nolūt a rebus ſuis. Modicū v̄o abeſſe tempus non moleſte ferunt.

¶ Pōſt documēta ſūꝑta ex his: q̃ accidūt circa ɔgregationes ꝛ iudicia: ꝛ circa h̄ ṗ facit qḋ dictū eſt. Scḋo cū dicit. (Per talē aliquē modū ꝛc̃.) īducit exēpla ad manifeſtationē quorūdā dictoꝝ. Circa pⁿ declar̃ ṗq̃l'r ſe habēdū ē quantū ad ɔgregationē ꝛ iudicia vbi nō exiſtūt redditus. Scḋo cū dicit. (Ubi v̄o publici ſūt redditꝰ ꝛc̃.) q̃l'r ſe habēdū ē vbi exiſtūt. In pᵃ pte ipſe dicit ꝙ vltīa ſpēs popularis ſtatꝰ: de q̃ nūc eſt ſmo eſt mltoꝝ hoīum: q̃ñ ipſi oēs cōicant ꝛ difficile eſt oēs ɔgregari ſine mercede. multos enī paupes ɔgregari ſine mercede difficile eſt: mercedē āt dare oībꝰ vbi redditꝰ nō ſūt: nō pt eē ſine ṗiudicio diuitū. Nec̃ ē. n. mercedē tribuere ex his q̃ iferūt̃ ab illis: vel q̃ accipiūt̃ ab eis dꝑauperādo eos: ꝛ ex h̄ fiūt mala iudicia maloꝝ ꝑꝑ q̃ deſtructe ſūt mlte reſp. populares: oꝫ ī populari ſtatu in quo nō ſūt redditꝰ cōes q̃ꝫ pauciſſimas ꝛ tātū neceſſarias facere ɔgregatiōes ꝛ iudicia fieri q̃dē ex multis: ſ; paucis diebus. ꝛ iſtud q̃dē expedit ꝑꝑ duo: ſi. n. fiant pauce ɔgregationes pauciora expēdent̃ in ipſis: ꝛ diuites nō timebūt paucas expēſas: q̃uis ipſi nō accipiūt: ſ; pauperes tm̄. Scḋo q2 multo meliꝰ ſi cōueniāt mlti ꝛ īſignes ꝛ paupes iudicabūt ſm legē iuſtitie: plēs aūt poterūt ɔuenire ſi pauce fiāt ɔgregationes: diuites. n. vbi non lucrent̃ nec honorē reportāt volūt dimittere ꝓpria multas diebꝰ vel ſepe: pauco aūt tpe magis ſuſtinent. ¶ Deinde cū. d.

¶ Ubi vero ſunt redditus publici nō id facere qḋ nūc magni quidā in populo faciunt. Superflua eni diuidunt ac ſimul capiunt: moxq̃ꝫ rurſus indigent eiſdeꝫ. Eſt enim pauperibus ceu vas perforatū huiuſmodi emolumentum.

¶ Declar̃ qūo ſe hñdū ē vbi redditꝰ exiſtūt: ꝛ ṗ q̃d cauēdū eſt. Scḋo cū dicit. (Sꝫ opꝫ cū.) q̃d ſit obſeruādū. In prima dicit ꝙ ī ſtatu populari vbi redditꝰ ſūt: cauēdū ne fiat illḋ qḋ ductores ppli vl' ꝓcuratores in ea ɔſueuerūt facere. Illa enī q̃ obueniūt diuerſis tpibꝰ: cū obuenerit diſtribuūt mltitudini ꝑ ptes ꝛ ipſi ſic accipientes de facili ɔſumūt ꝛ ſtatī idigēt: h̄. n. tale auxiliū ē iſtis: ſic̃ lagena ꝑforata paupibꝰ: q̃cq̃d. n. paulatī imittit̃ ex vna pte: effundit̃ ex alia: nec nūq̃ꝫ h̄ mō cōtingit eā repleri. ¶ Deide cū dicit.

¶ Sed opꝫ cum qui vere popularis ſit videre ne multitudo paupertie nimia ṗmat̃. Naꝫ egeſtas prauā reddit populi gubernationem.

¶ Tangit q̃d eſt obſeruandū magis: ꝛ ṗmo facit h̄. Scḋo tangit vias: per quas cōtingit deuenire ad illud cūꝫ dicit. (Conādū eſt ꝛc̃.) In ṗma dicit ꝙ ita dictū eſt ꝙ non opꝫ facere ſicut ductores populi faciūt: ſ; opꝫ cū q̃s hꝫ curam popularis ſtatus ꝓuidere q̃liter multitudo popularis pauperū abundet vel nō egeat: egeſtas enī ipſius facit eaꝫ eē prauā: difficile eſt enī indigentē exiſtētē opari bene: ſicut dicit̃ ṗmo ethicoꝝ. ꝛ ideo laborandū eſt multum qual'r ſint abundantes cōtinue. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Conandum eſt igit̃ ingenioſe vt abundantia aſſit diuturna. Nam id ꝓdeſt etiaꝫ diuitibus. Congregātes vero illa que ex redditibus proueniunt ſimul oīa egenis tribuere.

¶ Tāgit vias aliq̃s ꝑ q̃s ɔtigit eos fieri diuites: ꝛ diuidit̃ ſm tres vias q̃s tāgit: ꝛ icipit 2ᵃ ps ibi. (Sed opꝫ ꝛc̃.) 3ᵃ ibi. (Et ſi nō ꝛc̃.) In pᵃ dicit ꝙ expediēs eſt ad vitanduꝫ īdigentiā in ſtatu populari ɔgregare in aliq̃ q̃titate notabili ea q̃ obueniūt ex redditibus cōibꝰ: ꝛ tūc ſimul pauperibꝰ diſtribuere ſm aliquas magnas ptes ſil' vt vnuſq̃ſq̃ꝫ de mltitudie ſi pōt fieri tm̄ accipiat ſil' ꝙ poſſit ſibi acgrere fundiculū aliquē: h̄ eſt ꝑuā mēſurā terre ex q̃ vlterius lucrari poſſit: hoc enī expedit diuitibꝰ: q2 nō grauant̃ ꝑ h̄: ꝛ etiā paupibꝰ magis q̃ ſi ſm ꝑuas ptes: ꝛ ſepe reciperent qḋ nūc obſuāt ductores ppli ſ; qḋ dictū ē ṗus. Dei. c. d.

¶ Opꝫ ṗſertim ſi q̃s poſſit tm̄ ɔgregare q̃tuꝫ ſat eſt ad agelli cōparationē: vel ſaltē ad facultatem negociandi ꝛ agrum colendi.

¶ Ponit 2ᵐ di. ꝙ ſi h̄ nō pt fieri ɔmode ſaltē dande ſunt eis occaſiones īducētes eos ad negociationes ꝛ agriculturā vt ſic ex altero iſtoꝝ: vel ex vtroq̃ꝫ ditent̃. ¶ Dei. c. d.

¶ Et ſi non oībus poſſibile: at ſm tribus ꝛ partem aliquam id facere. In hoc auteꝫ ad neceſſarios conuentus mercedem diuites cōferre cupidos inanium munerum.

¶ Ponit tertiam dicens ꝙ ſi non eſt poſſibile ſingulis diuitibus aliquid inferre ad diſtribuenduꝫ pauperibus ſaltē expedit ipſos imittere aliquā quātitatē pecunie: vel ſ; tribus vel ſm fraternitates: vel ſm aliquā aliā talē collectionē ad diſtribuendū pauperibꝰ in cōgregationibus neceſſarijs: ꝛ vt libentius hec fiant tollēde ſunt expenſe ſuꝑuacue: quas ſolent facere diuites: puta expenſe cōuiuioꝝ ꝛ oblationū vanarum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Per talem aliquē modū Carthaginēſes gubernantes amici retinent populū. Semꝑ eni quoſdaȝ a populo mittentes in aliquas gubernationes eos diuites faciunt. Gratioſoꝝ vero ac mentem habentium nobilium eſt ſuſcipere egenos, ⁊ occaſionem prebentes conuertere ad res agendas.

¶ Manifeſtat per exemplū ꝑdicta: ⁊ ꝑmo ꝑ exēplū Carthaginenſiū. Scdo cū dicit. (Recte quoqȝ ſe hȝ tharentinoꝝ exēplū imitari ⁊c.) per exēplū tharentinoꝝ. In pria pte dicit: ꝙ Carthaginēſes hn̄t politiçātes acqſiuerūt amicitiā populi ſm modū ꝑdictū: ſemꝑ eniȝ īſignes ⁊ diuites accipiebāt aliquos de pauperibus deſtinātes eos ad negocia domuūȝ ſuarū patrāda ⁊ mercedē dātes faciebāt eos diuites. Iterū inſignes magis gratioſi ⁊ magis ſm itellectū agentes aſſumebāt pauperes dātes eis occaſiones aliq̄s: ꝑ q̄s ꝓuocabāt̄ ad oꝑationes: ex qb⁹ ditabāt̄. Dei. c. d.

¶ Recte quoqȝ ſe habȝ Tharentinoꝛuȝ exemplum imitari. Illi enim iumenta facientes cōmunia ad pauperū vſuȝ beniuolā per hūc modum ſibi plebem conſtituūt. Magiſtratus inſuper oēs duplices faciunt: vt ſint alij per electionem: alij per ſortem. Quo enim populus capiat per ſortem. Quo autē melius gubernētur per electionem. Eſt autem hoc facere etiā in vno eodēqȝ magiſtratu vt alij ſorte: alij electione ad eum gerendū aſſumant̄. Quēadmodum ergo oportear gubernationes multitudinis inſtituere dictum eſt.

¶ Ponit ſcdȝ exēplū dicēs: ꝙ adhuc expedit ad ſaluādū ſtatū popularē imitari Tharētinos. Principātes. n. inter eos diuites exītes iumēta ⁊ fructū poſſeſſionum ſuaꝝ faciebāt cōem multitudini dn̄iuȝ retinētes ꝑ actū liberalitatis: ⁊ ſm hoc fecerūt multitudinē pauperū beniuolā ſibi: iterū oēs ꝑncipatus duplices īſtituebāt: alteros aſſignatos ꝑ electiōes: alteros aūt ꝑ ſortē: per ſortē qdē aliquos: vt pauperes ꝑticiparēt: ꝑ electionē āt vt meliores poſſent accipe q melius regerēt rēpu. Contingit aūt hoc facere ⁊ de diuerſis ꝑncipatib⁹ vnū accipe ſorte: reliquū electiōe. ⁊ ēt in eodē vnū ꝑncipatū ſic: aliū aūt illo mō: tūc recapitulat dicēs: ꝙ quō opȝ inſtituere ſtatū popularē: ⁊ ex qb⁹: ⁊ qualr̄ firmare maxime īfirmū circa illas dictum eſt.

De paucoꝛuȝ quoqȝ gubernationib⁹ quō agendū ſit patet fere ex eiſdem. Nam ꝑ cōtrariū agēduȝ eſt in omni paucorū gubernatiōe ad oppoſitaȝ ſibi popularis gubernationis ſpēm. Lec. VI.

¶ Poſtq̄ phs oñdit ex qbus ⁊ quō inſtituēda eſt reſpub. popularis: nūc oñdit ex qb⁹ ⁊ quō inſtituēda eſt reſp. paucoꝝ: ⁊ ꝑmo circa hoc dans intentionē dicit: ꝙ oſtenſo ex qbus ⁊ quō inſtituēda eſt reſpu. popularis: manifeſtum eſt fere quō inſtituende ſunt reſp. paucoꝝ. Fere aūt dicit ꝓpter aliqua que ſunt ꝓpria reſp. paucoꝝ: cū eni ſpēs ſtat⁹ paucoꝝ quodāmō ↄ̄rient̄ ſpēb⁹ ſtat⁹ popularis: ⁊ ↄ̄ria ex ↄ̄rijs inſtituūt̄ ⁊ ↄ̄rio mō: opȝ vnāquāqȝ ſpēm ſtatus paucoꝝ ex his īſtitui que ↄ̄riant̄ illis ex qbus ↄponit̄ ↄtraria reſpu. popularis: ⁊ modo ↄtrario illi. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Reputando merā illā ac ſummā ceteraꝝ gubernationē paucorū ⁊ primā. Hec aūt eſt propinq̄ illi: q̄ reſp. nūcupat̄: in q̄ oȝ cēſus diuidere ⁊ alios minores ⁊ alios maiores facere. Minores quidēȝ a quibus neceſſarij magiſtratus capiant. Maiores vero a quibus capiant̄ hi magiſtratus: qui ſunt principaliores: ⁊ qui tm̄ adepti fuerint cenſum habiles ſint ad rēpu. gerēdā afferēte pplo tātā mltitudinē ꝑ ipȝ cēſū: vt cū illis potentiores ſint q gubernāt rēp. q̄ꝫ illi q nō gubernāt. Semꝑ eni ex meliori populo capiēdi ſūt illi: q ad ſocietatē reipu. capiuntur.

¶ Proſequit̄: ⁊ ꝑmo declarat ex qb⁹ ⁊ quō optima reſpu. paucoꝝ eſt inſtituēda. Deide cū dicit. (Similr̄ aūt ⁊c.) ex qbus ⁊ quō ſpēs ↄ̄ñtes. In ꝑma pte dicit: ꝙ ſpēȝ ſtatus paucoꝝ reputādo maxie tēperata inſtituēda eſt mō cōſequēter: hec aūt ſpēs ſtatus paucoꝝ eſt ꝓpinqua ei q̄ vocatur reſpu. noīe cōi: in qua ꝑncipant̄ hn̄tes arma ⁊ dignitatē aliquā diuitiaꝝ: ſic dictū eſt in 4°. etiā: ⁊ in qua honorabilitates: q̄ attēdunt̄ penes diuitias diſtinguūt̄ in maiores ⁊ minores: ſunt eni quidā hn̄tes maiores diuitias: quidā miores. Silr̄ ꝑncipatuū ſūt qdā magl neceſſarij ⁊ minores: qdā aūt ꝑncipaliores ⁊ maiores: minores aūt habētes diuitias īter ipſos ꝑticipant ꝑncipātib⁹ magis neceſſarijs: ⁊ maiores ꝑncipalioꝛib⁹: ⁊ licitū eſt in ipſa oēs habentes aliquā dignitatē diuitiarū attigere ad rempu. Ad īſtituendū igit̄ iſtā opȝ introducere tantā multitudinē habētium honorabilitatē diuitiarū ꝺterminatā: vt tn̄ ipſa ſint potētiores his qui nō ꝑticipant rep. ⁊ vlr̄ opȝ iſtā multitudinē aſſumi ex meliori populo: melior enim ſtatus paucorum ex meliori populo habente diuitias inſtituitur: ſicut in oib⁹ alijs ex melioribus fit melius. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Similr̄ aūt in ea gubernatione paucorū: que ſequit̄ intēdētes: parumꝑ eſt inſtituendum.

¶ Declat ⁊ q̄lr̄ ⁊ quō īſtituūt̄ alie: ⁊ ꝑ tāgit modū īſtituēdi oēs in vli. Scdo cū dicit. (In ea vo ⁊c.) inſiſtit circa vltimā ⁊ peſſime ordinatā. In ꝑ° pte eſt itelligēdū: ꝙ ſpēs ſtatus paucoꝝ q̄tuoꝛ ↄ̄ñr ſe hn̄t ſm ordinē. ꝑ°. n. eſt ex āplio ri mltitudine ⁊ minori honorabilitate diuitiarū ⁊ magis ſm rōnē ⁊ legē ordinatā: ſequēs āt ex pauciori multitudine ⁊ maiori abūdātia diuitiaꝝ ⁊ min⁹ vtēs legib⁹. tertia aūt adhuc ex minori ⁊ āpliori mltitudine diuitiaꝝ: vltia aūt ⁊ peſſima ex q̄ pauciſſima multitudie: ⁊ maxia honorabilitate: ⁊ iō nō recta legib⁹: ſȝ volūtate ꝑncipātiū: ⁊ iō ↄ̄ñs ſꝑ attēdit̄ re^a aſſtis. Dic̄ igit̄ ꝙ ſilr̄ ſpēȝ reip. paucoꝝ ↄ̄ñtē poſt ꝑmā ⁊ ↄ̄ñtē poſt illā vſqȝ ad vltimā oȝ īſtituere ꝑ itētionē ei⁹ qd̄ obſeruat̄ in īſtitutione ꝑcedentis. vt vbi gr̄a. ſi ꝑma ex mltitudie magna ⁊ ꝑua honorabilitate diuitiarū īſtituit̄: ſequens ex minori multitudine ⁊ maiori honorabilitate: ⁊ ſic vſqȝ ad vltimaȝ incluſiue: q̄ inſtituit̄ ex q̄ꝫ pauciſſima multitudine paucoꝝ ⁊ maxima honorabilitate diuitiarum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In ea vero que oppoſita eſt extreme popularitati: que eſt paucorū potentia tyrānidi perſimilis eſt. Quanto deterrima eſt: tanto maiori opus eſt cuſtodia.

¶ Inſiſtit circa vltimā ⁊ peſſimā: ⁊ circa hoc ꝑmo oſtēdit ꝙ indiget multa cautela. Scdo cū dicit. (Populares igitur gubernationes ⁊c.) oſtendit quō cōtingit ipſam firmari meli⁹. Circa ꝑmū ꝑmo ꝓponit. Scdo cū dicit. (Ut eni corpora ⁊c.) probat. In ꝑma parte dicit: ꝙ illa ſpecies

ſtatus

ſtatus paucorū opponitur vltime ſpēi ſtatus popularis:q̄ maxime eſt poteſtatiua ⁊ etiā tyrānica:q2 in ipſa totus populus: tota multitudo velut vnus tyrannus principat̄ :tanto indiget ampliori cautela:quanto ipſa eſt peſſima oīum ℂ Conſequenter cum dicit.

ℂ Ut enim corpora bene diſpoſita ad ſanitatē: ⁊ nauigia bene inſtructa ad nauigandum multos ferunt errores:nec ob eos ſuccumbūt: valitudinaria autem corpora ⁊ nauigia paruz firma:nautiſq3 iſtructa prauis:nec paruos ferūt errores. Ita reſp̄.he que deterrime ſunt plurima indigent cuſtodia.

ℂ Declarat hoc per ſile:⁊ in his que fiūt arte:⁊ in his que fiunt nā:que ſūt nobis magis nota dicēs:ꝙ ſicut corpora aīalium que bene diſpoſita ſunt ad ſanitatē ꝓpter bonā adinuicē p̄marū cōpoſitionē vel ꝓportionē:⁊ naues que bene cōpaginate ſunt in ordine ad nauigationē pñt ſuſtinere plures errores:vtputa ictus vel paſſiones ab extriſecis ita vt nō de facili corrūpant̄ ꝓpter illa. Illa aūt corpora aīaliū que male diſpoſita ſunt ꝑꝑ malā diſpōnem humorū:⁊ naues nō bene cōpaginate:ſed quaſi reſolute habentes prauos nautas:nō pñt eni ſuſtinere modicos errores.imo corpa aīaliū taliū a modicis paſſionibus corrūpunt̄:naues vero hēj ad modicū impulſum vēti vel vnde vel ictū rupis frangunt̄:ita eſt ⁊ de rebuſpu.ille que optime ordinate ſunt ſ3 rōnē multos impulſus ⁊ magnos ſuſtinere pñt. Male aūt ordinate a modicis corrumpūtur. ⁊ ideo maiori indigent cautela:ciuitatē enī opꝫ intelligere cōpoſitā ex pluribus adinuicē ordinatis:ſicut aīal ex plibus mēbris:⁊ nauē ex pluribus lignis. ℂ Deide cū.d.

ℂ Populares igit̄ gubernationes per multitudinem boium oīno ſeruant̄. Hoc enim opponit̄ ad illud iuſtū: qđ eſt ſm dignitatē. Paucorū vero potentium cōtra videlꝫ per rectam ordinationem oportet aſſequi firmitatem.

ℂ Docet ex q̄bus cōtingit eā firmari melius: ⁊ p̄ in gnāli. Scđo cū dicit.(Cū3 vo ⁊c̄.) in ſpāli. In p̄ma pte dicit ꝙ reſpu.populares tyrānice ⁊ peſſime ordinate ſaluant̄ ꝑꝑ multitudinē boīum gubernantiū in eis.talis enī multitudo potentiā quandā hꝫ: ꝓpter enī multitudinē iſtā opponit̄ iuſto ſm dignitatē: vt per potentiā eius ſuppeditet̄ hēj iuſtū ſm rōnē ipſa:ſtatus aūt paucoꝝ ei oppoſite que potentatus dīit:⁊ ſunt tyrānice nō ſaluant̄ ꝑ potētiā multitudinis:⁊ q2 talē nō hñt:⁊ ideo opꝫ ꝙ ꝯrio ſaluet̄ ꝑꝑ bonā ordinationē ſm rōnē ⁊ iuſti ſaluationē. ℂ Deide cū dic̄.

ℂ Cum vero ſint multitudinis potiſſimū3 partes quatuor: agricole: artifices: negociatores: mercenarij. Quatuor etiam vtiles ad bellum: equites: pedites grauis armature: expediti leues: ⁊ turba naualis. Ubi contingit regionem eſſe ad equitatum aptam: ibi locum habet aptiſſimū paucoꝝ potentia: illa ſumma. Na3 cōſeruatio habitatoꝝ ab eq̄tibus ꝓuenit. Equos vero nutrire eorū eſt: qui magnas habeant facultates. Ubi autē regio ad peditatū eſt apta: altera3 ſpeciem affectat paucoꝝ potentie. Nā grauis armatura diuitū eſt magis q̄ȝ pauperꝝ.

ℂ Docet in ſpāli ex quibus firmat̄:⁊ p̄mo declarat ex quibus cōtingit fieri fortē. Scđo cū dicit.(Cōceſſio aūt ⁊c̄.) ꝓponit elemēta ad firmādū ipſa3:adhuc circa p̄mū3 duo facit:q2 p̄mo declarat ex q̄bus cōtingit cōſtituere magl fortē ſtatū paucorū ⁊ cōſequentē. Scđo cū dicit.(Expediti aūt.) ponit ex quibus minus fortē:⁊ magis inordinatā. In p̄ma parte ad declarandū intentū premittit diſtinctionē multitudinis in ciuitate:⁊ dicit ꝙ q̄ȝuis ſint plures ꝑtes multitudinis:ſicut tactū eſt prius maxime inueniunt̄ quatuor ad quas alie reducunt̄:puta agricultiua:ad quā reducat̄ paſcualis:naualis:⁊ illa que circa forū negociat̄: ⁊ mercenaria:ad quā reducūt̄ viles artifices. Iterū quatuor ſunt modi boīum q̄ bñ diſpoſiti ſunt ad belluꝫ:puta equeſter q̄ pugnat in eq̄s:⁊ pedeſter:⁊ nauticū:qđ in nauibus pugnat:⁊ expediti leues ad defenſionē : vbi igit̄ accidit eſſe regionē:in qua ſunt multi bellātes in equis ſm artē cōtingit fortē ſtatuꝫ paucoꝝ facere maxime ſi fuerint vnanimes iter ſe:cuius rō eſt.q2 ſtatui paucoꝝ inſidiatur potētia multitudinis:ab ipſa aūt pōt ſaluari ꝑ potētiā eq̄ſtrē:q̄ ꝓualet in armis:⁊ iterū nutriture equoꝝ ſunt factiue diuitiarū:⁊ ideo ꝑtinēt ad eos qui hñt ſubas magnas: cuius modi ſunt in ſtatu paucoꝝ. vbi autē eſt multitudo vtentiū armis ad pedes ⁊ ad defenſionē:ad īpugnationē ꝯtigit facere fortē ſtatū paucoꝝ poſt p̄mā q̄ dicta eſt:hñt enī m̄ltitudinē taliū armoꝝ ⁊ vſū eoꝝ magꝫ ꝑtinet ad diuites q̄ȝ ad egēos:q̄ diuites dñant̄ ĭ ſtatu paucoꝝ. D c.d.

ℂ Expediti aūt leues ⁊ nautica turba a plebe eſt oīs. Nunc autem vbi talis turba multa eſt quādo ſeditio fit: d̄terius certāt. Sed oportet hmōi medicinā cape a belli ducibus qui ad equū ac peditū robur expeditos leuis armature ſolent coniungere: ⁊ cum his ſuperant populi in ſeditionibus opulentos. Nam leues ⁊ expediti ꝯtra equites ⁊ contra grauis armature pedites faciliter repugnant. Inſtituere igitur ex his potentiā iſtam cōtra ſeipſos eſt inſtituere.

ℂ Declat̄ q̄ eſt m̄ltitudo:ex q̄ nō ꝯtingit fieri fortē ſtatum paucoꝝ:⁊ p̄ facit h̄. Scđo tāgit remedia ꝑ q̄ ꝯtingit illam meliꝰ ordinari ad fortē ſtatū paucoꝝ cū dic̄.(Sꝫ oꝫ ⁊c̄.) In p̄ma dicit ꝙ poꝰ m̄ltitudinis:q̄ nō vtit̄ armis:ſꝫ ordinat̄ ad leues operationes:puta ad curſuꝫ:ad aſcenſuꝫ murorū:⁊ naualis:que in aq̄ pugnat oīo ſunt populares nō paucoꝝ:tales aūt ꝑꝑ defectū v̄tutis ⁊ rōnis ſequūt̄ impetū:⁊ iō vbi eſt multa multitudo taliū:ſi diſſenſionē habeāt ad ſupiores pugnāt cōtēdētes deteriꝰ ꝯ eoſdē:⁊ iō nō bñ ordinabiles ſūt ad ſtatū paucoꝝ. Scđo cū dic̄.(Sed oꝫ ⁊c̄.) tangit remedia. Primo vnū. Scđo cū dicit.(Sꝫ oꝫ ⁊c̄.) aliud. In p̄ma dicit ꝙ ꝯ inordinationē ⁊ malitiā ꝑdicte multitudinis opꝫ duces exercitus adducere remediū. videlicꝫ adiungendo ad equeſtrē multitudinē:⁊ etiā ad pedeſtrē:vtētē tñ armis tm̄ de multitudine ex paucoꝝ q̄ȝtū eis ꝯgruit:⁊ nō plus: vt videlꝫ ad tantā multitudinē equeſtriū apponat̄ tāta multitudo leuiū q̄ȝta eſt eis necīa ad finē:ſic tñ ꝙ nō ꝓualeat in potētia ⁊ nō ſit maior. Silr̄ ſe ⁊ ad armatiuā:rō aūt q̄re expedit talē multitudinē ordinari bñ in exercitu ē:q2 nos videmꝰ ꝙ popularis m̄ltitudo q̄ñ diſſentit a diuitibꝰ ꝓualet ꝯ eos ꝑꝑ v̄tutē expeditorum:quia expediti faciles exiſtentes faciliter inſurgunt ꝯtra equeſtres:⁊ etiā ꝯ pedeſtres armatos:q2 ipſi diuites ſunt oppreſſiui ſuꝑſ͛ius.⁊ ideo expedit paucoꝝ potentie diuitibus retinere ſibyp̄ſis hanc potētiā expeditoꝝ cōtra populares:⁊ eos cōſtituere ⁊ ordinare ſic vt ꝑ beniuolentiam ⁊ bonam ordinationem cum eiſdem expeditis preualeant contra eos. ℂ Deinde cum dicit.

¶ Sed oportet diuiſis etatibus: cum alij ſeniores: alij iuniores exiſtāt. In iuuenili adhuc etate cōſtitutos filios ſuos erudire ad leues ⁊ expeditas opationes. Delectos quidem ex pueris athletas eſſe ipſos operationum.

¶ Ponit ſecūdū remediū qḋ etiā eſt ad dclarationē dicti. dicēs φ adhuc expedit paucoꝝ ſtatui ad bonā ordinationē expeditoꝝ diſtinguere ſm etates. videlꝫ in iuniores ⁊ ſeniores ipſoꝝ ⁊ iuniores filios ipſoꝝ exercere curſuꝫ: ſaltum: aſcenſum: vlterius aūt magis pfectos ⁊ fortiores cōſtituere athletas ad opa facienda: puta vł ad onera portāda: vel ad duellū: vel ad aliqḋ aliud tale: ⁊ ex hoc ſequūł duo. Primo φ beniuolentiā expeditoꝝ habebunt q̄ſi habentes curā ⁊ ſollicitudinē de bona ordinatione ipſorꝫ. aliud autē: qꝛ ipſi iuuenes magis exercitati erunt in eis q̄ expediunt ſtatui paucorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Conceſſio aūt reipu. populo facienda eſt: vl cum ad cenſum puenerint: vt dictuꝫ eſt prius: vel vt faciunt Thebani: cum certū tempus a mercatura: ⁊ hmōi exercitijs deſtiterint: vł vt apud Maſſiliā iudicio facto qui digni ſint ad rempub. recipit: ⁊ qui excludit.

¶ Ponit elementa ad ſaluandū potentatū paucorū: ⁊ primo ponit hꝰ elemēta. Scḋo cū dicit. (Sed hoc ⁊c.) tāgit dicta nō obſeruari nūc in paucoꝝ ſtatibus. In pma pōit vnum elementū. Scḋo cum dicit. (Preterea ⁊c.) ponit. Tertio cū dicit. (Cōgruit aūt ⁊c.) ponit aliud. In prima dicit φ ad ſaluandū potentatū paucoꝝ expedit aliquos de popularibus apponi reipu. vtputa de his qui aliquā honorabilitatem habēt diuitiarū: vel ſicut fiebat Thebis: puta φ nullus accipiebał ad rempu. ipſorū qui non abſtinuiſſet a foro venaliū per decēniū: ſicut dicebał pus in q̄rto: vel ſicut obſeruabāt in Maſſilia q̄dā alia ciuitate qui diſtinguebant īter dignitatē eoꝝ qui attingebāt ad rēpu. ⁊ eoꝝ q nō participabant: ⁊ ſi inueniebāt aliquos nō pticipantes digniores vel eque dignos quibuſdā: qui participabant aſſumebāt ipos vel aliquos ex eis: per talē enī appoſitionem populariū ipſi de repu. magis diligunt ipſam: ⁊ ideo magis nitunł eā ſaluare: hoc tñ eſt obſeruādū ſic dicebał prius φ nō aſſumał magna multitudo taliū: qꝛ iſte enī in ordinatione facere paucoꝝ potētiā: ſꝫ tāta: vt tñ ipſi valētiores ſint reliq̄ mltitudine regionis. ¶ Deide. c. d.

¶ Preterea dignitatibus his: que ſūt principaliſſime: quas ſuſcipere opꝫ eos qui in reipub. gubernatione verſanł adiungenda ſunt onera publica: vt populus ſponte ſua eas nolit: ⁊ veniam habeat illis qui hmōi magiſtratus ſuſcipiunt: vtpote mercedem permagnam pro ea dignitate ſoluentibus.

¶ Ponit ſcḋm elemētū dicēs: φ expediens eſt eos q aſſumunł ad pcipuos ⁊ honorabiliores principatus in tali repu. facere oblationes denarioꝝ magnoꝝ vel deo vel cōitati: ex hoc eniꝫ ſequunł due vtilitates: vna φ populares non affectabunt pncipatus pp magnitudinē denariorū. ⁊ ideo magis quieti erūt: alia qꝛ multū cōpatienł principātibus vidētes eos multa expēdere in eis: pauperes eniꝫ diuitias maximū bonū reputant: ex quo ſequił maior gratio ipſorū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Congruit aūt cuꝫ hmōi magiſtratus ineunt ⁊ ſacra magnificentiſſime facere: ⁊ publica q̄dam edificia ad vſuꝫ populi cōſtruere: vt multitudo cernens vrbem ornari: tuꝫ muneribus erga deos: tum edibus ad vſum publicum libenter aſpiciat preſentem ſtatum ciuitatis. Cōtinget etiam preſtantibus viris hec eſſe monumenta ſue largitatis.

¶ Ponit tertiū dicens: φ adhuc expedit aſſumendos ad principatū ſacrificia magnifica facere ⁊ magnitudinē expenſarū: ⁊ facere aliqḋ cōuiuiū magnuꝫ toti ciuitati vt ſit populus participās cōuiuio: ⁊ vidēs ciuitatē bene diſpoſitam ⁊ ornatā ⁊ ſm edificia cōia ⁊ ppria: ⁊ etiā multa ſeorſum poſita ⁊ dedicata ad honorē dei gaudeat: ⁊ per ꝯſequēs velit manere rempu. ⁊ iterū magnitudo expenſarū expediens eſt inſignibus ſicut memoriale: ⁊ ad diffuſionē fame: ſicut enī dicit Ariſto. in q̄rto ethicoꝝ. amanł maxime liberales omniū alioꝝ qui alijs preſtant virtutibꝰ: vtiles eniꝫ ſunt ⁊ proſunt dando: ppter qḋ magis diffundił fama hoīs pactū dationis liberalis. ¶ Cōſequēter. c. d.

¶ Sed hoc non fit nunc per eos hoīes qui magni ſunt in paucorū potentia: ſed contrarium. Lucrum enim querūt non minus q̄ȝ honorē. Itaqꝫ dici pōt recte hos eē populares ſtatus paruos. Q̄uo igił inſtituende ſint ⁊ paucorū gubernationes ⁊ multitudinis in hunc modū determinatum ſit.

¶ Tangit contrariū eſſe in ꝯſuetudine modernoꝝ dicēs: φ ea que dicta ſunt nō obſeruant moderni. Regunt eniꝫ in paucoꝝ repu. vel inſignes: nō enī querūt bonā famam magis: aut etiā honores: ſed magis extorſiones pecuniarū calūnioſe ſeu q̄litercūqꝫ: ppter hoc moderne reſpubli. paucoꝝ ſunt parue reſp. populares: in q̄bus querił magis extorſio pecunie q̄ȝ honor: ⁊ tunc recapitulat dicens: φ ex quibus ⁊ q̄uo contingit bene firmare ſtatus populares ⁊ paucoꝝ male ordinatos intantū eſt determinatuꝫ.

Conſequēs eſt circa magiſtratus videre diligēter quot hi ſint: ⁊ quales ⁊ quibus de rebus: vt ſupra dictum eſt.

Lectio. VII.

¶ Poſtq̄ȝ phs declarauit ex q̄bꝰ ⁊ qualr īſtituunł reſp. minus recte: determinat nūc de pncipalibꝰ earūdē ſupplēdo qḋ in fine q̄rti omiſerat: ⁊ circa hꝰ p̄ dat intētionē ⁊ rōnes eius. Scḋo cū dicit. (Primū g̃.) proſequił. Circa pmū p̄ dat intētionē ſuā dicēs: φ poſtea que dicta ſūt opꝫ determinare ea q̄ ptinēt ad pncipatus: puta quot ſunt pncipatus neceſſarij in hꝰ rebuſpu. ⁊ qui ſm ſpē: ⁊ quoꝝ ſint domini: ſic dicebał pus in fine quarti. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Sunt enim quidaꝫ neceſſarij magiſtratus: ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. Sunt etiam quidam ad cultum ornatumqꝫ pertinentes: ſine quibus bene habitari ciuitas non valet.

¶ Dat neceſſitatē huius cōſiderationis: ⁊ diuidił in duo. Prio. n. aſſignat rōnē vnā. Scḋo cū dic̄. (Preterea ⁊c.) aliā. In pª pte intēdit rōnē hāc de illis ſine q̄bꝰ aut ipoſſe eſt eē ciuitatē: aut bñ hitari: ⁊ ꝯſr opꝫ determinare vł cōſiderare rēpu. ſꝫ ſine pncipibꝰ: aut nō eſt poſſe ciuitatē aut nō bñ hitare. g̃ ⁊c. maiorē ſupponit ſic manifeſtū: minorē ſubiungens: dicens ⁊ ſine pncipatibꝰ neceſſarijs: puta ſine pncipatu pncipali ⁊ ducatu exercitus: ⁊ etiā iudicio ⁊ alijs hmōi non poteſt eſſe ciuitas ſine pncipatibus: aut qui curant de

rant de bono ornatu ciuiuȝ quantū ad exteriora vel acci/
dentia magis non bene pōt habitari. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Preterea neceſſariū eſt ⁊ in paruis quidem
ciuitatibus pauciores eē magiſtratus. In ma/
gnis autē plures vt prius oſtendimus. Qua/
les ergo congruat ſimul coniungere ⁊ quales
ſeparare non debet eſſe clam.

ℭ Ponit ſcd̄am rōnem dicens: ꝙ preterea in ciuitatibus
paruis neceſſe eſt pauciores p̄ncipat⁹ ⁊ plures in vnū con
iungi: tuȝ q꞉ pauciores ſufficiunt: tū q꞉ nō plures inueniū/
tur eſſe ſufficiētes. In magnis aūt ciuitatibus opȝ plures
eſſe ⁊ vnū diuidi in plures ꝓpter oppoſitas cauſas: ſicͭ di/
ctū fuit in q̄rto huius: opȝ igiꝛ ciuē nō ignorare q̄les p̄nci
patus ꝯuenit cōiungere in vnū ⁊ q̄les diuidere in plures.
hoc aūt nō cōtingit niſi ſciaꝛ qui ⁊ quot ſunt: ⁊ quoꝝ do/
mini: ⁊ quā habitudinē hn̄t adinuicē: ⁊ qui ꝓpingores: ⁊ q
remotiores ſm nām. q̄ nec̄e eſt iſta ꝑcōſiderare. Dei. c. d.

ℭ Primū ergo cura rerū neceſſariarū vt in fo/
ro aſſint: venundentqꝫ. Sup qua quideȝ cura
magiſtratus quidā eſt ꝯſtituendus: cuius of/
ficium ſit circa ꝯtractus ⁊ circa honeſtatē. Nā
cūctis fere ciuitatibus neceſſariū eſt emptiōes
venditioneſqꝫ fieri inuicem pro vſu rerum ne
ceſſariarū: ⁊ hec facultas maxia ⁊ expeditiſſi/
ma eſt ad eandem ſufficientiam conſequendā
cuius gr̄a in vnā vnr̄ ꝯueniſſe reip. ſocietateȝ.

ℭ Proſequiꝛ: ⁊ eſt intelligendū ꝙ ſimul determinat qui
⁊ quoꝝ ⁊ quot. Et diuidiꝛ in ꝑtes duas: q꞉ p̄mo facit qd̄ di
ctū eſt. In ſcd̄a cū dicit. (Voꝝ vo.) ad quā rēpu. ꝑtineāt
q̄dā illoꝝ magis. Adhuc circa p̄mū p̄mo declarat de ne/
ceſſarijs magis. Scd̄o cū dicit. (Curaȝ facere.) de his q̄
ad bonū ornatū. Adhuc p̄mo facit qd̄ dictū eſt. Scd̄o cū
dicit. (Neceſſariū ergo.) Circa p̄mū adhuc p̄mo determi
nat de p̄ncipātibus rebuſpu. Scd̄o cū dicit. (Alia ſpēs.)
de his qui curāt de diuinis. Circa p̄mū adhuc p̄mo deter/
minat de p̄ncipatibus minoribus ꝑticularibus. Scd̄o cū
dicit. (Preter hos.) de vniuerſali ⁊ ſūmo. Adhuc prima
in duas. Primo facit qd̄ dictū ē. Scd̄o cū dicit. (Cū vo.)
de eo q̄ hȝ curā ſup correctione ⁊ emēdatione ipſoꝝ. Cir
ca p̄mū adhuc p̄mo determinat de p̄ncipātib⁹ qui habēt
curā ſup rebus exterioribus. Scd̄o de his qui hn̄t curam
de ꝑſonis ciuiū cū dicit. (Qui vo poſt.) Circa p̄muȝ duo
facit. Qm̄ p̄mo determinat de his qui habēt curā ſuper re
bus exterioribus. Deīde cū dicit. (Altera vo.) de eo qui
hȝ curā de reſcriptis ſuper predictis ⁊ acceſſorijs. Prima
diuidiꝛ in tres. Primo determinat de eo qui hȝ curaȝ de
his que circa forū. Scd̄o cū dicit. (Alia vo ⁊c̄.) de his q̄
circa edificia ⁊ imobilia. Tertio cum dicit. (Eſt ⁊ alius.)
de eo qui habȝ curam ſuper redditibus cōmunibus. In
p̄ma parte dicit ꝙ p̄mo opȝ eſſe quendā principatū circa
forum eoꝝ que ſunt neceſſaria ciuitati qui aſpiciat ꝙ cō
tractus talium iuſte ⁊ legitime fiant: ⁊ etiā edificia circa
forū bene ornata ſint: puta in quibus fiūt hꝰ ꝯtctus: cuius
rō eſt: q꞉ in oībus ciuitatib⁹ fere neceſſe eſt aliqua recipe/
re per emptionē: ⁊ aliqua emittere per venditionē: ⁊ quā/
tum ad totam ciuitatē ⁊ reſpectu alioꝝ ⁊ quātū ad ciues
inter ſe: fere aūt dicit: q꞉ ꝯtingit eſſe aliquā ciuitatē per ſe
ſufficientē: in qua hoc eſt neceſſariū: ⁊ hoc nō eſt cōueniē/
tiſſimū ad per ſe ſufficiētiā: eſt eni ciuitas cōmunitas per/
fecta oīs per ſe ſufficientie terminū hn̄s: vt dicebaꝛ in pri
mo: ꝓpter quā cōuenerunt in vnā ciuilitatē: q꞉ enim vna
domus nō eſt ſufficiens: ideo coniungiꝛ alij in vico: ⁊ q꞉
vnus vicus nec pauci ſufficiunt ſibi oīno: igitur plures cō
iunguntur in ciuitate vna que per ſe ſufficiens eſt: ꝑ ſe aūt
ſufficiens non poteſt eſſe niſi per cōmutationes mutuas:
que fiunt per emptioneȝ ⁊ venditionē: vel inter ſe vel ad
alios legitime factas: hoc autē non eſſet niſi eſſet aliquis
dirigens ⁊ reducens inequale ad equalitatē per ſapiētiaȝ
⁊ publicam poteſtatem: hoc aūt eſt p̄ncipatus: eſt igiꝛ ne/
ceſſarius p̄ncipatus q̄dā circa ꝯtctus. ℭ Deinde cuȝ dicit.

ℭ Altera vero cura huic cōiuncta ac ꝓpinqua
eſt circa vrbem de publicis priuatiſqꝫ iuribus
de edificatione decenti: de viarū cōſeruatione
ac directione: de finibus regundis: vt ſine que
rela ſint: ⁊ de ſimilibus. Vocant autem pluri
mi hmōi magiſtratū edilitateȝ: partes eius ꝟo
ſūt plures: vt in magnis ciuitatibus alie ſuper
alias incidunt: ceu menibus reficiendis prefe/
cti: ⁊ fontiū curatores: ⁊ pontiū cōſeruatores.

ℭ Determinat de p̄ncipatibus qui curant de edificijs pu/
blicis ⁊ ꝓprijs: ⁊ p̄mo de his qui curant de his que in ciui
tate. Scd̄o cum dicit. (Alia vero.) de his que extra. In
p̄ma parte dicit ꝙ alius eſt p̄ncipatus cōſequenter ſe ha/
bens ad iſtum ⁊ ꝓpinquus eidem qui habet curā de edifi
cijs cōmunibus ⁊ proprijs ⁊ ſtratis ⁊ aqueductibus ⁊ alijs
huiuſmodi qualr̄ fiant vt expedit ⁊ bene diſpoſita ſint ſȝ
ꝙ expedit ciuitati ⁊ qualr̄ ruinoſa edificia repareꝛ: ⁊ qua/
liter confinia edificioꝝ ſic determineꝛ vt ſint ſine q̄re/
la: ⁊ de alijs huiuſmodi: que ſunt ſimilia huic cure: quidaȝ
autem vocant hunc principatum edilitatē: predictus aūt
principatus plures partes habet ſm modum: quaruȝ alie
⁊ alie ad alia ⁊ alia ordinanꝛ in ciuitatibus magnis: puta
factores murorum ⁊ curatores fontium ⁊ cuſtodes port⁹
⁊ fortiliciorū ciuitatis. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Alia vero eſt cura ⁊ quidem neceſſaria atqꝫ
huic ꝓpinqua: nā de eiſdē rebus ceterū non in
vrbe: ſed extra vrbem in agro verſaꝛ. Vocant
aūt hmōi magiſtratuȝ alij diffinitores: alij cu/
ſtodes agroꝝ. Hec igiꝛ ꝓcurationes ſunt tres.

ℭ Determinat de his que in regione dicens: ꝙ alius prin/
cipatus eſt neceſſarius conſimilis predicto: de illis enim
eiſdem: de quibus curat predictus eſt iſte extra ciuitateȝ
in regione: puta ille qui curat de caſtris ⁊ edificijs: ⁊ aque/
ductibus ⁊ conferentibus agrorum: ⁊ alioruȝ que ſunt ex/
tra ciuitatem. Appellant autem quidaȝ iſtos diffinitores
alij cuſtodes agroruȝ. iſti igitur ſunt tres principatus ne/
ceſſarij. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Eſt ⁊ alius magiſtratus ad quē redditus pu
blici referunꝛ: qui apud eos conſeruati moꝝ di
ſtribuūꝛ ad ſingulas opportunitates. Vocāt
vero iſtos receptores ⁊ queſtores.

ℭ Determinat de eo qui habet curam circa redditus com
munes dicens: ꝙ alius eſt principatus: qui habet curam
circa cōmunes redditus: ad quem tria pertinent. ſcȝ reci/
pere ipſos a differentibus ⁊ cuſtodire receptos ⁊ diſtribue
re quod neceſſariuȝ eſt in vnaquaqꝫ diſpenſatione ſm or/
dinationem ciuitatis vel ſuperiorum: ⁊ vocantur a qui/
buſdam receptores a recipiendo: a quibuſdam autē que/
ſtores. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Alter vero magiſtratus eſt apud que ꝑſcri/
bi opȝ priuatos cōtractus ⁊ ſentētias iudiciū:

apud quos etiaȝ poſtulationes vocationeſq; in ius preſcribi debent. Quibuſdam in locis hũ magiſtratum diuidunt in partes plures: ſʒ eſt vna eadẽq; auctoritas iſtorũ oium: appellantq; eos qui hunc magiſtratum gerunt: tuȝ prefectos: tum memoriales: vel ſimilibus nũcupationibus.

¶ Determinat de eo corã quo fiũt reſcripta de ↄtractibus ⁊ iudicijs di. ꝙ alius eſt ꝑncipatus: ad quẽ referunt̃ oĩa reſcripta circa ↄtrus ⁊ iudicia vt habeant auctoritatẽ. ſ. per ſigni eius appoſitionẽ: apud quos etiã oȝ manere regiſtrũ cũ reſcripto ↄtruũ ⁊ ſniaꝝ: ⁊ etiã eoꝝ qui inducunt̃ in ciuitate. Iſte vero ꝑncipatus in ciuitatibus maioribus diſtinguit̃ in plẽs: ſed vnũ opȝ eſſe ꝑncipalẽ oium: ſicut nũc videmus in curijs magnatũ aliquẽ eſſe cancellariũ ꝑncipalẽ ⁊ alios plures eſſe ſub eo: puta vocarios ⁊ regiſtratios ⁊ hĩ ⁊ vocant̃ ⁊ qbuſdaȝ prefecti vel memoriales: qꝛ apud eos debȝ remanere memoria magnoꝝ que fiunt in ciuitate. Ab alijs aũt alijs noĩbus ꝑpinquis. ¶ Deide cũ dic̃.

¶ Qui vero poſt hunc ſequitur ſũme neceſſarius eſt: ac difficillimus oium magiſtratuum. Verſatur aũt circa executiones eorũ qui damnati ſunt: ⁊ circa eorũ penas atq; cuſtodias.

¶ Determinat de eo q principat̃ ſup ipſa ſubã ciuiũ: ⁊ primo de eo qui hȝ curã ſup actionib⁹ ↄdẽnãdoꝝ ⁊ ꝓſcribendoꝝ. Scdo cũ dicit. (Poſt hos.) de eo qui hȝ curaȝ ſuper cuſtodia ciuiũ. Circa ꝑmũ ꝑmo oſtẽdit ꝙ ꝑncipatus talis grauis ⁊ neceſſarius eſt. Scdo cũ dicit. (Cõtingitq;.) tangit quoddam accidens circa ipſum. Primũ ꝑmo facit qđ dictũ eſt. Scdo cũ dicit. (Preterea melius eſt.) tangit q̃dam expediẽtia ad mouẽdũ grauitatẽ ipſius. Circa ꝑmuȝ ꝑmo ꝓponit. Scdo cũ dicit. (Eſt aũt grauis.) probat. In ꝑma dicit ꝙ poſt ꝑcedentẽ ꝑncipatũ qui maxime neceſſarius eſt: ſicut ꝑmũ ꝑncipiũ in vnoquoq; gñe: ⁊ ẽ maxime difficilis iter oẽs: puta ille qui curat de exactionibus condemnãdoꝝ ad mortem ⁊ relegandoꝝ ſm accuſationes ſcriptas ⁊ circa cuſtodiã corpoꝝ ipſoꝝ anteq̃ ↄdemnent̃ aut proſcribant̃. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aũt grauis hmõi adminiſtratio ꝑꝑ multas: q̃ inde ꝓueniũt inimicitias. Itaq; niſi magna emolumẽta ex eo capiãt̃ gerere illũ oẽs recuſant: ⁊ ſi gerant ſʒ leges facere nõ tolerant.

¶ Probat vel aſſignat rõnẽ iſtoꝝ. ⁊ ꝑmo grauitatis ipſius. Scdo cũ dicit. (Sed necia.) aſſignat rõneȝ neceſſitatis. In ꝑma dicit ꝙ ꝑncipatus ꝓdict⁹ grauis eſt valde ꝓpter multas inimicitias multoꝝ: amici eni ↄdẽnãdoꝝ ⁊ proſcribendoꝝ habẽt ad ipſuȝ odiũ vt in pluribus. ſiqͥdẽ ille vel illi qui diligunt aliquos ſunt inimici inimicoꝝ illoꝝ: ⁊ tãta eſt inimicitia ad ipſum: ꝙ vbi nõ ↄtingit multum lucrari pauci aut nulli ſuſtinerẽt ꝑeſſe in iſto ꝑncipatu: ⁊ ſi ſint aliq qui ſuſtineãt nolũt ꝓcedere in ipſo ſm rigorẽ legũ timentes inimicitias vel offenſionẽ: timor eni ⁊ amor ſepe ſolent ꝑuertere iudiciũ ꝑncipantis. ¶ Deide cũ dic̃.

¶ Sed eſt neceſſaria res. Nam nihil ꝓdeſſent iudicia aut ſententie niſi forẽt q eas executioni mandarent. Quare ſi hec deſint cõmunio iter ſe ciuium permanere non poteſt.

¶ Probat vel aſſignat cãm neceſſitatis di. ꝙ neceſſari⁹ quidem eſt hĩ ꝑncipatus: qꝛ nihil ꝓficuũ eſt recte ſʒ iuſtitiã ſniare de actionibus: ⁊ ſnias rectas nõ deducere ad finem per executionẽ. In opabilib⁹ eni iudiciũ rectũ eſt ꝑꝑ operationẽ ſicut ꝑꝑ finẽ: agere aũt aliqd eoꝝ que ſunt ad fineȝ per ſe ⁊ nõ deducere ad finẽ vel attingere nõ eſt ꝓficuũ. ꝓpter qđ ſi impoſſe eſt cõicationẽ ciuiũ inuicẽ ſaluari nõ factis ſentẽtijs rectis de ↄtrouerſijs ſuborientibus iter ipſos: ipoſſe eſt eandem cõicationẽ ciuiũ adinuiceȝ ſaluari: niſi ſnie late recte executioni demãdent̃. Si igit̃ neceſſariũ eſt in ciuitate cõicationẽ ſaluari neceſſitate: que eſt in ordine ad fineȝ: neceſſariũ eſt eadẽ neceſſitate iuſtas ſententias demãdare executioni: hoc autẽ ꝑncipalr̃ fit ꝑ hũ principatum: quare hmõi ꝑncipatus neceſſarius eſt ſi debeat ſaluari cõmunicatio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea melius eſt non vnum huc eſſe magiſtratum: ſed partiri in plures vt alij de alijs exequantur. Et circa actiones eodem mõ conandũ eſt diſtinguere: adhuc etiam magiſtratus alios alijs exequendis ⁊ nouoꝝ magis nouos ⁊ preſidentium alio condẽnante: alij ſint qui exigant: ceu pretores vrbani: ediliũ eodem nationes: ac rurſus iſtorum alij.

¶ Tãgit q̃dã expediẽtia circa ipm: ⁊ diuidit̃ in ꝑtes duas. Primo tãgit q̃dã documẽta ⁊ rõnẽ aſſignat. Scdo cũ dicit. (In multis ẽt ⁊c̃.) adiungit aliud. Circa pᵐ ꝑ tãgit documẽta. Scdo cũ dicit. (Quãto eni.) aſſignat rõnẽ. In ꝑmo dicit ꝙ qꝛ hĩ ꝑncipat⁹ ẽ neceſſari⁹ ⁊ grauis ⁊ expedit iſtuȝ ꝑncipatũ non eſſe vnũ tñ: ſed diſtingui in plẽs ⁊ alios ex alijs iudicijs accipere: vtputa ꝙ alius ſit qui audiat accuſationẽ: alius qui ingrat: alius aũt q ſniat: ⁊ ſilr̃ q̃ circa reſcripta intẽdunt opȝ tentare diuidere: puta vt vn⁹ ſcribat accuſationẽ: alius inquiſitionẽ: alter ſniam. Iterũ expedit quoſdã de iſtis agere aliq̃: ⁊ quoſdã alia: puta eos q magis fuerũt in ꝑncipatu iudicare min⁹ ꝑiculoſa: nouos aũt noua ⁊ veteres magis ꝑiculoſa: ⁊ iterũ negocioꝝ inſtantiuȝ: ſi alter ↄdẽnauerit alterũ exeq. vbi grã. eos qs ꝑncipãtes itra ciuitatẽ cõdẽnauerint ꝑncipãtes extra ciuitatẽ magis puniãt exequẽdo: ⁊ ecõtrario. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quanto eniȝ minus inimicitiarũ ſit illis qui executioni demandant: tanto magis res finem ſuſcipient. Si ſint ergo iidem q condemnant: ⁊ q condemnationes exigũt: duplex contrahit̃ odiũ: in oib⁹ aũt eoſdeȝ cũctis inimicũ eſt.

¶ Aſſignat rõnẽ dicẽs: ꝙ iſta obſeruãda ſunt: qꝛ q̃to minor erit inimicitia hĩ ꝑncipatib⁹: tãto ſnie ⁊ executiones magis de fine accipiẽt. Eoſdẽ aũt eſſe ↄdẽnãtes ⁊ exequẽtes inimicitiã hñt ꝑꝑ duo: tũ qꝛ ↄdẽnat: tũ qꝛ exequit̃: eos aũt oĩa tractare q̃ ꝑtinẽt ad dictũ ꝑncipatũ inimicitiã hȝ q̃tũ ad oĩa: ſi aũt diuidant̃: ita ꝙ alter ſit cõdẽnãs ⁊ alter ſit exequẽs: ⁊ diuerſa diuerſis tribuant̃: diuidet̃ inimicitia: q̃re minor erit ad ſingulos: ⁊ ſnie ⁊ executiões magis finẽ accipiẽt: qđ eſt expedientius. ¶ Deide cum dicit.

¶ Multis etiaȝ locis ſeꝑat̃ ille q cuſtodit reos ab illo: q aiaduertit in eos: vt Athenis illi q vndecim viri nuncupant̃. Quapropter melius eſt hunc quoq; diuidere magiſtratuȝ ⁊ quaſi adumbrare ⁊ mitigare: eſt enim neceſſari⁹ nõ minus q̃ſ ſuperior.

¶ Adiungit aliud dicẽs: ꝙ in multis ciuitatibus diuiſi ſũt ille qui cuſtodit illos qui cõdemnandi ſunt: ⁊ ille qui exequit̃ ſniam: ſicut Athenis illi qui vocabant̃ vndeciȝ viri. ⁊ ideo expedientius eſt ⁊ iſtos ſeparare ⁊ alia ſophiſmata

⁊ adumbrationes

⁊ adumbrationes circa hoc facere per que contingat minorem eſſe inimicitiam: ⁊ per cõſequẽs minus grauẽ p̃ncipatũ: neceſſarius eni eſt ⁊ nõ minor p̃dicto. ¶ Dei.c.d.

¶ Cõtingitqȝ in eo vt viri boni maxime vitent hoc officium: prauos autem nequaꝙ̃ tutum ſit ei preficere: cum ipſi potius indigeãt cuſtodia ⁊ carcere ꝙ̃ alios debeant cuſtodire.

¶ Tangit accidens inducens impedimentũ circa ipſuȝ: ⁊ p̃mo facit hoc. Scdo cũ dicit (Itaqȝ opȝ.) tangit remedia. In prima dicit ꝙ ꝓpter difficultatem que eſt in iſto principatu viri boni fugiant hũ principatuȝ: malos autẽ non eſt ſecurũ apponere in ipſo: mali eni magis indigent regula ⁊ cuſtodia aliorũ ꝙ̃ poſſint alios regere: vel etiam cuſtodire: regulans enim aliũ in ſe oportet eſſe regulatum prius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Itaqȝ opȝ hoc non vnum eſſe officiuȝ: neqȝ continuo ab eiſdeȝ fieri: ſed vbi eſt aliqs iuniorũ ordo atqȝ cuſtodũ deputandi ſunt pro tempore alij atqȝ alij qui horũ officiorum ſuſcipiunt curam. Hos ergo magiſtratus tanꝙ̃ ſumme neceſſarios ponendum eſt eſſe primo.

¶ Tangit remedia dicens: ꝙ q2 boni fugiunt p̃ncipatum iſtũ ꝓpter cãm predictam: expediens eſt nõ eſſe tm̃ vnuȝ p̃ncipantẽ in hũ negocio: nec etiã ꝯtinue eoſdem p̃ncipari: ſed modo hos: mõ alios: q2 etiã nos videm⁹ ꝙ vbi eſt aliquis ordo iuniorũ vel vbi eſt ordo cuſtodiarũ ciuiũ ⁊ p̃ncipatuũ opȝ iſtorum curã facere ꝑticulariter: nũc quideȝ hos: nũc aũt illos. Iſti autem principatus qui dicti ſunt ponẽdi ſunt nec̃ij ⁊ p̃mi reſpectu p̃dictorum p̃us. ¶ Deide.c.d.

¶ Poſt hos autem alij ſunt magiſtratus: nec ſane minus neceſſarij: ⁊ maioris quidẽ dignitatis: naȝ plurima indigent experientia ⁊ fide. Tales vero ſunt circa cuſtodiam vrbis: ⁊ circa illa oĩa que ordinant̃ ad bellicas expeditiones. Opus eſt enim ⁊ in pace ⁊ in bello ꝑmultis: nam ⁊ menia ciuitatis curanda tuendaqȝ ſũt: ⁊ diſq̃ſitiões: deſcriptiõeſqȝ ciuiũ agẽde.

¶ Inquirit vel ꝓſeq̃t̃ de eo qui hȝ curã ſup cuſtodiã ciuiũ ⁊ circa hoc p̃mo dat neceſſitatẽ ipſius. Scdo cũ dic. (Alicubi g̃.) tangit eius diuiſioneȝ. In p̃ma ipſe dicit ꝙ poſt p̃dictos p̃ncipatus neceſſe eſt ponere alios nõ minus neceſſarios ſi debeat ſaluari cõmutatio ciuilis: ordinatos tñ in excellentiori gradu dignitatis: q̃ꝛ indigent ad executionẽ p̃ncipatus prudentia multa: que habet̃ per experiẽtiam longi tẽporis: multa fide.i. multa fidelitate. Iſti aũt ſunt qui cuſtodiunt ciuitatẽ: ⁊ ordinant̃ ad opportunitates bellicas ꝯ inimicos ciuitatis. Expedit enim ſi debeat ſaluari eſſe curatores ipſius ⁊ in tẽpore pacis ⁊ in tempore belli. Tales etiã ſunt ad quos ꝑtinet cuſtodire portas ⁊ muros: ſimil̃r illi qui hñt curã exgrendi inſidias ⁊ de ordinatione ciuium adinuicem pacifica. Tales aũt ad recte operandũ indigent prudẽtia multa ⁊ fidelitate: q2 idiſcretio ⁊ infidelitas ipſorũ de facili induceret corruptionem ciuitatis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alicubi ergo ſuper his plures ſũt magiſtratus. Alicubi pauciores: veluti in paruis quidẽ vrbibus vnus ſuper omnibus. Appellant vero hos pretores vel conſules. Inſuper ſi ſint equites: pedites: aut ſagittarij: aut turba naualis. Super vnoquoqȝ eorũ prefecti quidẽ ſtatuuntur: appellanturqȝ prefecti equitum: prefecti legionum: prefecti nauales: ⁊ ſeorſum ſub his prefectus triremis: prefectus cohortis: tribunus militum: ⁊ alia hũ particularia. Totum vero vnum aliquid eſt procuratio ſcilicet rerum bellicaruȝ. Et erga huiuſmodi magiſtratum hoc modo ſe habet.

¶ Tangit diuiſionẽ ipſius. Di. ꝙ iſta cura in quibuſdã ciuitatibus cõtinet principatus plures: ſicut in magnis ⁊ magis ordinatis ad bellũ. In alijs aũt pauciores: ſicut in paruis ciuitatibus cõtingit aliquẽ vnũ de ciuibus preficit in tota cura vel aliquos paucos: ⁊ aliqui vocant iſtos principatus ducatus exercitus: alij principes belli. Iterũ ſi in ciuitate inueniant̃ equites multi aut pedites: ſicut expoſitum eſt prius: aut ſagittarij qui ordinant̃ ad pugnã ſagittando: vel nautici qui pugnãt in nauibus: aut aliq alij tales ſup vnũqͦdqȝ iſtorum in maioribus ciuitatib⁹ ordinant̃ aliqui p̃ncipantes ex hoc noiationẽ habẽtes: ſicut prefecti nauales ⁊ equitũ ⁊ legionuȝ: ⁊ adhuc magis particulatim ſub vno quoqȝ iſtorum ſunt multi p̃ncipatus ꝑticulares: puta in nauticis prefecti triremiũ: ſil̃r ⁊ ille qui habȝ curã ſuper diſpoſitione inſidiarũ: ⁊ illi qui dñr prefecti cohortiũ ⁊ tribuni militum: ⁊ quicũqȝ alij tales diuerſitatẽ taleȝ habent. Oĩa tamẽ iſta habẽt vnam ſpẽm cure cõem: que dr̃ cura belli: ⁊ per cõſequens vnum principatũ ſupremũ ad quem omnes alij ordinant̃: hoc ergo modo ſe habent circa principatum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cum vero quidam magiſtratuum ⁊ non oẽs pertractent multa negociorum publicorũ: neceſſe eſt eẽ aliũ magiſtratum qui rõnes repetat atqȝ corrigat: ipſe vero nihil tractet. Vocãt vero hos alij correctores: alij rationales: alij ſcrutatores: alij procuratores.

¶ Proſequit̃ de eo cuius eſt corrigere alios quoſdaȝ p̃ncipatus dicens: q̃ꝛ quidẽ principantes in ciuitate ꝙ̃uis nõ oẽs habẽt tractare bona cõia.ſ. colligendo ⁊ diſpenſando. Difficile aũt eſt hũõi bona tractare ſine aliqua inquinatione vel appropriatione: eo ꝙ oẽs habẽt appetitũ hũ honorũ ſi non ſint ſtudioſi ⁊ fideliſſimi viri neceſſarium eſt eſſe aliquẽ p̃ncipatum ſuper iſtos: cuius ſit ſumere rationem ſuper receptis ⁊ expenſis: ⁊ corrigere vbi iuenerit delinquentes. Aliter eniȝ contingeret diſtractio in bonis cõmunibus ciuitatis ⁊ iniuſtitia: expedit aũt ꝙ ille principatus ſuper nullo alio habeat curam vt diligentius poſſit curare de predictis: vocant̃ autẽ iſti p̃ncipatus a quibuſdam correctores: eo ꝙ corrigere habent delinquẽtes: a quibuſdaȝ vero rõnales: eo ꝙ debent audire rõnes: a quibuſdaȝ ſcrutatores: eo ꝙ habent exquirere diligẽter: ab alijs procuratores. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preter hos vero omnes magiſtratus vnus eſt maxime principaliſſimus oium: idem eniȝ plerũqȝ habet finem ⁊ introductionẽ qui preſidet mltitudini vbi populus dominat̃. Opȝ aũt id qͦd cogit ſummã habere in repu. auctoritatẽ. Appellantur vero quibuſdam in locis preconſultores: ex eo q2 ante deliberãt: vbi vero multitudo eſt conſilium magis. Ciuitatuȝ igitur magiſtratus fere tot aliqui ſunt.

¶ Determinat de maximo principatu dicẽs: ꝙ preter predictos principatus eſt alius neceſſarius: ille. ſ. qui habz dominiũ ſuper oībus: ⁊ ad quẽ oẽs alij ordinant̃ a quo accipientes rõnem operandi dirigunt̃ in eis que ſubſunt cure ipſorũ: ⁊ ad quem finaliter reducuntur oẽs operatiões ciuitatis: oportet autẽ id qđ cogit ſummã habere in repu. auctoritatem: appellant autẽ quibuſdam in locis preconſultores: ex eo quia ante ꝺliberãt. vbi vero multitudo eſt conſilium dicitur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alia ſpecies curationis eſt circa rem diuinã: ceu ſacerdotes ⁊ editui circa templa: vt cõſeruentur que ſunt: ⁊ erigant̃ ruinoſa edificia: ⁊ cetera omnia: que pertinent ad diuinũ cultũ.

¶ Determinat de pncipatu qui dirigit in his que ad deuz pertinent: ⁊ circa hoc duo facit. Primo enim premittit opportunitatem ipſorũ. Secundo cum dicit: (Euenit autem.) ponit diſtinctionẽ iſtius principatus vel vnionem in diuerſis ciuitatibus. In prima dicit ꝙ alia eſt ſpecies principatus neceſſaria in ciuitate: puta eorũ que ad diuina pertinent: cuius ſunt ſacerdotes ſacra tractantes: ⁊ eorum qui curant de edificijs ſacrarũ domuuz qualiter ſalua maneant: ⁊ ſi aliqua decidant exigantur: ⁊ etiaz aliorum quorũcũq: que ad cultũ diuinũ ordinant̃. ¶ Deide. c. d.

¶ Euenit aũt alicubi curam hanc eſſe vnam: vt in paruis ciuitatib⁹: alibi vero plures ſeparata a ſacerdotio: vt ſacrificuli: ac editui: ⁊ cuſtodes ſacrarũ pecuniaruz. Hinc conſequens eſt illa que circa ſacrificia publica quotcunqz ſacerdotibus lex non cõmittit: ſed ex publico fiunt. Vocant aũt eos qui iſtis preſunt: alij reges ſacrorũ: alij pontifices maximos.

¶ Ponit diuiſionem ⁊ vnionem eius in rebuſpu. diuerſis dicens: ꝙ iſte principatus alicubi eſt vnus tantuz curans de omnibus que pertinent ad predictũ cultum: ſicut in ciuitatibus paruis: alicubi autem ſunt multi ⁊ ſeparati pncipatus: puta ſacrificia offerentes ⁊ cuſtodes tẽplorum ⁊ erarij ſacrarum pecuniarũ deo dedicatarũ: conſequẽter autem ille qui ordinat̃ ad diſpenſandas imolationes cõmunes: quas non aſſignauit lex ipſis ſacerdotibus: ſed recipiunt ipſas a menſa cõmuni: erant enim apud gentiles quedam que imolabant̃: que ſacerdotes accipiebant de proprijs: quedam autem que miniſtrabant̃ eis a cõmuni. ⁊ iſti a quibuſdam vocabant̃ reges a quibuſdam pontifices maximi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neceſſaria ergo officia ſunt circa hec: vt illa repetamus circa rem diuinam: circa rem bellicam: circa redditus publicos: ⁊ impenſas circa forũ: circa vrbem ⁊ portus ⁊ regionẽ. Inſuper circa iudicia ⁊ cõtractus poſtulationes ⁊ executiones: ⁊ cuſtodias: ⁊ ſuper rationib⁹ ⁊ diſquiſitionibus: ⁊ ſuper correctionibus eorum: que geſſerit in magiſtratu: ⁊ finaliter circa cõſilia hec cõmunia: pprie autem earum ciuitatum: q̃ magis pacate atqz tranquille ſunt.

¶ Recolligit predictos principatus dicẽs: ꝙ principatus neceſſarij vt contingit dicere in ſũma ſunt de his: ⁊ circa hoc: puta principatus circa rem diuinam: ⁊ principatus circa bellica: ⁊ ille qui curam habet ſuper acceptione redditruum ⁊ diſpenſatione eorum: ⁊ ille qui habet dominium circa forum quantum ad cõmutationes: ⁊ ille qui circa municipium ciuitatis ⁊ exterius circa portum ⁊ regionem ſubiectam ciuitati: iterum ille qui circa iudicia ⁊ circa ſcripturas cõmutationum: ⁊ circa executiones ſententiarum: ⁊ ille qui habet curaz ſuper cuſtodia ciuitatis ⁊ regionis: ⁊ ille qui habet audire compoſitum ⁊ corrigere delinquentes: ⁊ finaliter circa conſilia. In ciuitatibus autem: que magis vacant ab exterioribus bellis: ⁊ intendunt ſpeculationi ⁊ magis delectant̃ circa talia ſunt alij proprij principatus: de quibus nunc dictum nõ eſt: nec de repu. talium ciuitatum: ſed tñ dictuz eſt de principatib⁹ pertinentibus ad ſtatum paucorum ⁊ popularem: de quibus erat prius determinatum: quãuis quedam iſtorum pertineant etiam ad paucas ciuitates. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Curam facere de mulierum diſciplina: de legibus ſeruandis: de diſciplina iuuentutis: de gymnaſiorũ gubernatiõe. Preterea de ludis gymnicis ac muſicis: ⁊ ſiqua alia huiuſcemodi ſpectacula contingat fieri.

¶ Determinat de principatibus non neceſſarijs magis dicens: ꝙ adhuc preter principatus predictos ⁊ neceſſarios ſunt alij principatus curantes de bono ornatu ciuitatis ⁊ ciuium: de mulierũ diſciplina: ⁊ de cuſtodia legum: ita ꝙ nullus tranſgrediatur: ⁊ de lege puerorum: puta diſciplina ⁊ cura ipſorum: de gymnaſiorum gubernatione: iterum de ludis gymnaſticis: in quibus hoies exercebant ſe nudi: ⁊ de muſicis: ⁊ alijs huiuſmodi ſpectaculis. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Horũ vero q̃dam manifeſta ſunt non popularia: veluti diſciplina mulieruz ⁊ puerorum. Nam pauperibus neceſſe eſt vti mulierib⁹ ⁊ pueris tãq̃ miniſtris: qm̃ ſeruos non habent.

¶ Declarat ad quas reſpublica pertineat quidẽ horũ pncipatuum: ⁊ primo declarat hoc de quibus minus pncipalibus. Secundo cum dicit: (Cunqz tres ſint ⁊c.) de principalibus. In pma dicit ꝙ quidam iſtorũ principatuuz nõ competunt ſtatui populari: puta principatus mulierum: puerorũ lex: vel principatus: ⁊ ratio huius eſt: quia in populari ſtatu eſt multitudo egenorũ: egeni autem neceſſe habent vti mulieribus ⁊ pueris tanq̃ quibuſdaz cõſequẽtibus de neceſſitate ad operatiões neceſſarias ⁊ ſeruiles propter carentiam ſeruorũ. hi enim quia ſeruos non hñt vtũtur mulieribus ⁊ pueris ſicut ſeruis. ¶ Deide cũ dic.

¶ Cunqz tres ſint magiſtratus: per quos aſſumunt quidam ſummas poteſtates: conſeruatores legum: ⁊ preconſultores ⁊ conſiliũ. Cõſeruatores legum optimatum eſt: preconſultores vero paucorũ potentie. Conſilium aũt populare. De magiſtratib⁹ ergo vt in figura fere dictum eſt omnibus.

¶ Declarat hoc idem de quibuſdam principatibus dicẽs: ꝙ cum ſint tres principatus ſm quos eligunt alios principales principatus. ſcilz conſeruatores legum. preconſultores ⁊ conſilium: legum conſeruatores pertinent ad ſtatum optimatum: quia legum conſeruatores prudentia indigent ⁊ virtute que ſunt principalia in ſtatu optimatuz. Preconſultores pertinent ad paucorũ ſtatum. Conſiliuz vero ad popularem: ſic igitur in typo: ⁊ figuraliter dictuz eſt fere de omnibus magiſtratibus.

¶ Finis.

¶ Excellẽtiſſimi

¶ Excellentiſſimi theologie pfeſſoris magiſtri Ludouici Ualentie pratatoris ordinis pdicatoꝝ ad reuerēdiſſimū in Chriſto patrē ⁊ dñm dñz. F. Cardinalē Senenſem epithoma p ꝯcluſiones ſexti libri politicoꝝ Ariſtotelis.

¶ De populari ſtatu.

¶ Propoſitū reip. popularis eſt libertas: ad hanc enim reſpicit oīs ſtatus eius: hinc eſt ꝙ multitudo nō vult ſubeſſe: ſed p vices impare ⁊ parere. Juſtū .n. populi non eſt ſm dignitatem: ſed ſm numeꝝ. Uñ ⁊ in eo ſtatu plus poſſunt inopes qui plures ſunt ꝙ̄ opulenti q pauciores ſunt. Sed ⁊ pterea quiſqz vt vult viuit in populari ſtatu: ſicut enim ſerui eſt viuere vt non vult: ſic liberi vt vult.

¶ Ex hoc aūt popularis ſtatus ppoſito ſequitur hec popularia eſſe. Primo qdem vt ad oēm magiſtratum oēs aſſumant. Scdo vt viciſſim vnuſquiſqz vnicuiqz preſit. Tertio vt per ſortē tribuant magiſtratus oibus: vel ſaltē illis qui peritia non indigēt ⁊ arte. Quarto vt nō aſſumant ad magiſtratus viri pter cenſus magnitudinē: his .n. obſeruatis ⁊ eq̄litas ⁊ lībtas: q̄ i h ſtatu itēdunt facile ꝯſeruāt.

¶ Concludit ēt hunc ſtatui nō niſi ſemel eūdē magiſtratū ab aliquo geri vel perraro: ⁊ eoſdē eē paruu tpis: vt ſic plures ad magr̄atus poſſint attingere: exceptis tñ his q verſant in bello quos non expedit mutari: cum experimento opus ſit quo carent: qui nouiter aſſumuntur.

¶ Expedit ēt multitudinem eſſe dñani: maxime reꝝ maximaꝝ. Magiſtratus vero aut nullius rei: aut minimaꝝ. Sed ⁊ tñ inter oēs magiſtratus oportuniſſimus eſt conſiliatiuus: multitudo enim ratione ⁊ conſilio eget.

¶ Utile eſſet mercedem capere oēs magr̄atus: vel ſaltem ex his: q ſunt circa iudicia ⁊ ꝯſiliū ⁊ pncipales cōciones: ⁊ eos pſertim quos neceſſe eſt ſimul eſſe in eadem conceſſione cōplurībus pter expenſaꝝ magnitudinem.

¶ Deniqz pplaris gubernatio ignobilib⁹ inopib⁹: ac ineruditis ꝯferet: ſicut ⁊ paucoꝝ his: q genere ⁊ diuitijs ⁊ eruditiōe pſtāt. Cōis aūt hoꝝ cā ē paritas ⁊ libertas in rep. q̄s nō exiſtimāt obſuari: niſi oēs ex equo ſz nūeꝝ gubernēt.

¶ Que vero in populari repu. determināda ſunt: non arbitrio pauperꝝ ſolū ſunt ſtatuēda: ne iniuriēt opulētis: nec potentiū: ne tyranni fiant: ſed id agendū eſt ꝙ tā plib⁹ diuitibus ꝙ̄ plibus pauperꝝ videat. Qꝫ ſi ꝯria eis videātur coꝝ ſequēda eſt ſnia: qui virtute pcellūt. Qꝫ ſi virtute pares ſint: tunc forte dirimendū eſt qd̄ querit: facilius .n. eſt ſortiri ꝙ̄ perſuadere his: qui plus pñt: ꝙ̄ꝙ̄ ſit admodum difficile in ſortibus veritatem reperire.

¶ Optima popularis gubernatio eſt illa: que ex agricolis ꝯſtat: optimus .n. populus eſt ille: qui ex agricolis eſt: cū .n. laborādū ſit illis circa necīa ad victū nō moliunt aliqd ꝯ remp. ſuiſqz detenti opibus nō appetūt aliena: dulciuſqz eſt illis opus facere ꝙ̄ in rep. verſari. Uñ magiſtratus nō appetunt: ⁊ ſi appetunt facile adimplet coꝝ cupiditas: ſi ſaltē creandi magr̄atus ⁊ corrigendi facultas eis tribuat.

¶ Utilis eſt hec forma popularis gubernatiōis vt agricole eligāt magiſtratus ⁊ corrigāt. Nam magr̄atus ab optimis ſemp gerent: qꝛ penā formidabūt magr̄atus qñ corrigere ad illos ptinet. Compeſci .n. ac non licere facere quid velis vtile eſt: nā licētia agendi quod quiſqz velit cuſtodire non pōt ingenitam vnicuiqz homini prauitatem: nobilibus aūt ipſis hic gradus ſufficiet: vt videlicet magiſtratus gerant: non eni ſuberunt alijs deterioribus.

¶ Statuendū eſt vt agricole certā poſſideant terre menſurā: ſi .n. nimis ditarent deſinerēt eſſe agricole. Itē vt nō liceat eis vēdere pꝛ̄nas ⁊ primas hereditates: aut aliter obligare: ſic .n. nec ipſi iopes fiēt: ⁊ alios opulētiores reddēt.

¶ Poſt agricolas paſtores bonū populū ꝯſtituūt: habent enim cū agricolis magnā conuenientiam: ac expeditioni militari vtiles ſunt corporibus exercitati.

¶ Alie vero multitudines ex quibus populares ſtatus conſtituūt: vt opificū: forēſiū: ⁊ mercēnarioꝝ deteriores ſūt. Hoꝝ .n. vita vilis eſt: nullūqz virtutis opus exercēt: ⁊ cuz circa foꝝ: vrbēqz verſent: facile cōciones agitant.

¶ Ad ꝯſtituēdā aūt hāc popularē gubernationē: ⁊ ad populū roborādū expedit extraneos recipere ⁊ efficere ciues: ⁊ nō ſolū legitimos: ſed ēt ſpurios: quouſqz vz ſuperēt multitudinē medioꝝ: neqz vltra pgredi debēt: ſic .n. turbarēt remp. ⁊ nobilitatē irritarēt: qd̄ eēt cā ſeditionis.

¶ Inſup excogitanda ſunt oīa: qbus familiaritates noue admiſceant: ⁊ conuerſationes prime diſſoluantur.

¶ Deniqz oīa fere agēda ſūt p ꝯſeruatiōe hꝰ popularis gubernationis: q̄ diximus p ſalute tyrānidis expedire.

¶ Et inter cetera diſſimulare debent: qui regūt crimina ſubditoꝝ: cū pleriſqz dulcius ſit diſſolute viuere ꝙ̄ modeſte.

¶ Qui curā ſalutis hñt reip. debēt iniurias compeſcere: vtputa leges ponēdo: vt dānatoꝝ bona nō in publicū: ſed in ſacrū referant. Eadē .n. pena erit ⁊ populus minus cupide dānabit: cū ſit nihil vtilitatis ex dānatione ſuſcepturꝰ. Inſuper paucas accuſatiōes facere magnas penas ꝯſtituere aduerſus eos: qui falſo accuſarint: ⁊ quantū fieri poteſt oēs reddere beniuolos: qd̄ ſi id fieri nequeat ſaltez conari ne hoſtes exiſtiment eos: qui gubernant.

¶ Expedit etiam vt vbi ſunt pauci redditus reip. rare fiāt ꝯgregationes: cum .n. nō pōt merces reportari plures conuenient: ſi rare ſint: ac etiā expenſe euitabuntur.

¶ Quādo vero publici ſunt redditus nō ſunt ſtatim ſuperflua diuidenda: qꝛ continget mox rurſum indigere.

¶ Aduertēdū eſt etiam ne multitudo ad inopiā redigat: nam egeſtas prauā reddit populi gubernationem.

¶ Utile aūt eſt ad abundantiā ſeruādā: vt ꝯgregent illa: q̄ ex redditib⁹ publicis puenīūt ⁊ ſimul oīa diſtribuant egenis: vt ſaltē vnicuiqz det ꝙ̄tū ſat ē ad agelli ꝯparationē: vel ad min⁹ ad facultatē negociādi ⁊ agrū colēdi: aut mittere eos ad aliq̄s gubernatōes: aut nobiles eis pbeāt occaſionē.

¶ Ut aliqd agant exercēdo eos in reb⁹ ſuis: inſtituēdo etiā duplices magr̄atus vt alij ſint per ſortē: qui .ſ. pauperibus poſſint contingere: alij p electionē: q melioribus dentur.

¶ De paucoꝝ potentia.

¶ Proxima aūt ſpecie paucoꝝ potentie: que ppinqua eſt reip. facit: vt tanta multitudo habentiū cenſum afferatur vt potentiores ſint: qui remp. gubernāt ꝙ̄ qui non gubernant. Et hoc ſimiliter faciēdū eſt in alijs ſm modū eorū.

¶ Ultima vō ſpēs que tyrannidi perſimilis ē maiori eget cuſtodia: ſicut valitudinaria corpora ⁊ nauigia parum firma: nautiſqz inſtructa prauis.

¶ Ad ſeruandā aūt illam vltimā ſpēz expedit maxime regionē eſſe aptā ad equitatū: nā equos nutrire eſt coꝝ: qui magnas habēt facultates: vbi aūt regio ē apta ad peditatū: tunc ꝯducit habere pedites grauis armature. cum grauis armatura ſit magis diuitū ꝙ̄ pauperum: pedites autē expediti ⁊ leues: ⁊ nautica turba vtilis eſt populo.

¶ Sed ꝯ hꝰ pedites leuis armature coniungere opus ē ex illis ad equitū ⁊ peditum maioris armature robur: vt cuz illis ſuperent alios: qui ſunt cū populo: ac etiāz expedit diuitijs etatibus filios ſuos in iuuenili etate conſtitutos erudire ad leues: ac expeditas operationes: vt ſic de eis curaz gerentes ſibi coniungant huiuſmodi pedites.

¶ Hec aūt maxime ſunt obſeruande. Primū quidē vt ēt populo concedat aliqd in rep. puta q ad determinatū cēſum puenerint. Sic .n. populus magis amat reſp. Secūdo vt adiungant opa publica dignitatibus pncipaliſſimis: ſic enim populus ſua ſponte eas recuſabit: ⁊ veniā dabit hñ

ſtibus:q magnā ꝑ ea dignitate mercedē ſoluerint. Tertio ſacra faciāt magnificētiſſime ⁊ publica edificia ↄſtruent ad viſum populi: vt ſic libēter ppl's aſpiciat ſtatū ciuitatis.

℄ De magiſtratibus neceſſarijs in ciuitate.

℄ Sunt qdam magiſtratus in ciuitatib' neceſſarij. Unus qdē circa emptiones ⁊ vēditiones: ⁊ circa alios ↄtus pro viu reꝝ neceſſariaꝝ: vt videlicet ad eq̄litatē reducātur: ⁊ habeaſ ſufficientia reꝝ: grā cuius ſocietates ciuiles ſūt cōſtitute. Alius eſt circa edificationes decentes ⁊ cōſeruationes viaꝝ cōfines regēdos: vt hec .ſ. ſine querela ſint: ⁊ huius ptes pl'es ſunt quē edilitatē vocāt: ſunt.n. pfecti menibus reficiendis: curatores fontiū: ⁊ conſeruatores portuū. Alius eſt qui verſatur circa agros extra vrbem.

℄ Alius eſt circa redditus publicos ⁊ recipiendos ⁊ conſeruandos ⁊ diſtribuendos ad ſingulas oportunitates: ⁊ qui hunc exercent receptores ⁊ queſtores vocanſ. Eſt alter circa ſcribēdos priuatos ↄtus: ſniās iudiciū: poſtulatiōes: vocationeſq3 in ius. Et q hūc gerūt memoriales vocanſ.

℄ Alius eſt qui verſaſ circa cuſtodias penas ⁊ executiōes coꝝ: qui dānati ſunt. Et h̄ difficillimus eſt ꝑpter magnas inimicitias: que inde ꝓueniūt. ſūme tñ neceſſarius. Nā nihil pdeſſent iudicia aut ſnie niſi forent qui eas executiōi mandarent: melius tñ eſt hūc in plures partiri magiſtratus pp faciliorē executionē: tū q2 diuidiſ inuidia: tum q2 viri boni maxime hoc officium vitarent.

℄ Alius eſt nō minus neceſſari': qui ad cuſtodiā ciuitatis o:paraſ: ⁊ ad bellicas expeditiones: quo opus eſt ⁊ i pace ⁊ in bello: ⁊ qui plurima indiget experientia ⁊ fide. Et h̄ in multos diuidiſ. Unus enim eſt ſup oēs: q pretor ⁊ cōſul appellaſ. Alij vō prefecti legionū. pfecti nauales: ⁊ ſub his cohortis prefecti: triremis: tribunus militū.

℄ Alius eſt ad repetēdas ⁊ colligēdas rōes: ⁊ ipſe nihil tractat. Sic enim maiori fide res aguntſ. ⁊ qui hunc gerūt vocanſ correctores rōnales: ſcrutatores: procuratores.

℄ Unus vō ē pncipaliſſimus oium: qui toti multitudini p̄ eſt: quē opȝ hr̄e ſūmā auctoritatē in rebuſp. Alius verſaſ circa rē diuinā: qui ēt in plures diuidiſ in ſacerdotes ſacrificulos edituos. Cuſtodes ſacraꝝ pecuniaꝝ: ⁊ qui iſtis p̄ſunt reges ſacroꝝ: aut pontifices maximi dicuntur.

℄ Poſtremo ꝓpriū eſt ciuitatibus pacatis curā facere de mulieꝝ diſciplina. De legibus ſeruandis. De iuuētutis diſciplina. De gubernatione gymnaſiorum. De ludis gymnicis: ac muſicis: ac alijs ſpectaculis.

℄ Cum aūt tres ſint ſūme ptātes. Cōſeruatores legūȝ. preconſultores: ⁊ cōſiliū. Cōſeruatores legū optimatū ē. Preconſultores paucoꝝ potētie. Cōſiliū aūt populare.

Finis.

℄ Politicoꝝ Ariſtotelis liber ſeptimus.

DE optima rep. recte querere volēti neceſſariū eſt prius determinare: que vita ſit maxime expetenda. Nā ſi id ignotū ſit: neceſſe ē ⁊ optimā rēpub. ignorari. Optime.n. agere ↄſentaneū eſt: q ſub optima reip. diſciplina reguntſ ex his: que ſibi aſſint: niſi qd accidat p̄ter rōnē. Quare primo ſtatuendū eſt que vita ſit cūctis: vt ita dixerim: maxie optanda. Deinde vtrum publice ⁊ priuate eadem ſit: an alia.

Lectio. I.

℄ Poſtq̄ Ariſtotiles declarauit ex qbus ⁊ qualibus: ⁊ quō inſtituenda eſt reſp. minus recte ordinata. Intēdit nūc declarare quō ⁊ ex qbus iſtituēda eſt ſimplr optima: ſiue ſit reſp. cōi noie noiata: ſiue reſp. optimatū: ſiue regnū. Et circa hoc primo p̄mittit q̄dā ꝑminētia ad declarationē intenti ſui. Cū dicit. (De rep. aūt ipſa ⁊c̄.) oñdit ex qb' ⁊ q̄lib' ē inſtituēda. Ad inſtituēdū aūt rēp. optimā opȝ p̄cognoſcere q̄dā ex pte forme ipſius reip. q̄ ſumiſ ex rōne ipſi' finis. Quedā aūt ex parte mãe: que ſunt ciues ipſi: ⁊ locus: ⁊ habitatio. Et ſm hoc circa p̄m duo facit: q2 primo ingrit de fine ipſius reip. Scdo cū dicit. (De reliqs dōm ⁊c̄.) ingrit de mã. Circa p̄m adhuc p̄ p̄mittit intētionē ſuā. Et ſcdo cū dic̄. (Putātes ⁊c̄.) proſeqſ. Circa primū dat itētionē ſuā reſpectu duoꝝ dicens primo: q q vult facere inqſitionē certā ⁊ ↄueniētē mãe ſubiecte de repu. optima ſimplr nō ex ſuppoſitione: neceſſe hȝ prius ↄſiderationē facere: q̄ vita ſit eligibiliſſima ſimplr .i. q̄ ſit actio optima ſimplr. Dicitſ.n. vita vno mō de h̄: qd eſt p̄n motus ex ſe: ſicut dicitſ q aīa ⁊ vita ſunt idē. Cōſequenter aūt dr̄ de opatione ꝓcedēte ab hōis principio intrinſeco: ſicut dicimus q ſentire ⁊ intelligere ſunt vite q̄dam: ⁊ hoc eligibiliſſimū hōis eſt vita optima: vel actio cuius ſȝ excellētiorē aīe potētiā. Et rōnē hȝ aſſignat: q2 ſi nō fuerit manifeſtū: que ſit optima operatio hōis ſimplr: nō erit māifeſtū que ſit optima reſp. ſimplr: q2 optime iudicantes neceſſariū eſt attingere ſm exigentiā diſpōnū inexiſtētiū: ſm quaꝝ diuerſitatē neceſſariū eſt actionē ſeu finē diuerſificari: ſicut actionem artificis optimā neceſſe eſt diuerſificari pp diuerſitatem mãe: ex qua operaſ. Dico aūt q optime iudicātes opȝ attingere ad optimā opōnē: niſi fuerit aliqd qd accidet preter rōnē: puta vel defectus mãe: vel alicuius exterioꝝ: que neceſſario exigunſ ad optimā actionē. Igiſ volentē conſiderare de optima rep. opȝ primo p̄accipi: ſicut manifeſtū eſt: que ſit vita optima: vel etiā actio eligibiliſſima oībus hoībus: vt eſt dicere q adiungit ꝑpter hoc: q qdam ſunt male nati: vel in malis ↄſuetudinibus nutriti: qui vix aut nūq̄ poſſunt attingere ad optimā vitā ſeu actionem hōis. Cōſiſtit aūt virtus rōnis ciuis in hoc: q2 ad cognitionē cuiuſcunq3 opȝ p̄cognoſcere ea: ex quib' per ſe ſumiſ ratio. Per hanc.n. cognoſciſ vnumquodq3. Ratio aūt optime reip. ſumiſ ex optimo fine hōis: ſicut vlr rō opabilium ex rōne finis. Finis aūt optime reip. eſt optimus finis hōis: q2 reſp. non eſt aliud q̄ ordo ciuitatis: ſicut dr̄ tertio hui'. Rō aūt ordinis ſumiſ ex fine: ⁊ iō ad cognitionē optime reip. oȝ p̄cognoſcere quis ſit optimus finis hōis ſeu actio. Deinde dat intentionē ſuā reſpectu alterius dicēs: q poſt hoc erit ↄſiderandū: vtrū eadem ſit optima vita vel actio vniuſcuiuſq3 ſeorſum viuentis ciuis ⁊ totius ciuitatis: an alia ⁊ alia huiuſmodi ⁊ illius. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Putantes igiſ multa ſufficienter eē dicta de optima vita: etiam in externis ſermonibus: ⁊ nunc illis vtendum cenſemus. Nempe aduerſus hanc diuiſionem: nemo vtiq3 refragabitur q tria cū ſint bonoꝝ genera: externa corporis ⁊ animi: iſta oīa adeſſe felici homini opȝ.

℄ Proſequiſ: ⁊ primo ingrit que ſit optima vita hōis: vel optimus finis. Scdo cū dicit. (Utrū aūt ⁊c̄.) Utrū eadē vnius ⁊ totius ciuitatis optima: aut vita: aut actio ē felicitas. Primo igiſ ingrit: que ſit felicitas hōis. Scdo que ipſius: cū dicit. (Cōſequens eſt ⁊c̄.) Circa p̄m primo p̄mittit ſuppoſitionē p̄dictā. Scdo cū dicit (Nemo.n. dicere ⁊c̄.) manifeſtat eā q̄tū ad alterā ptē. Circa p̄m intelligendum eſt: q bonum hōis eſt eē pfectū ipſius hōis: q2 bonitas pfectio quedā eſt. Homo aūt compoſitus ex corpore ſicut ex mã ⁊ ex aīa ſicut ex forma: ⁊ ideo quoddā eſt eſſe eius perfectū quo ad corpus. Quoddā aūt ſm aīam: ⁊ adhuc quia

ad pfectionē

ad pfectioné aīe ⁊ corporis indiget qbuſdā exteriorib⁹: ſicut organis nutrimēto ⁊ alijs hm̄. Eſt aliud eſſe perfectuȝ hoīs q̄ntum ad iſta bona exterius: ⁊ iō eſt triplex bonū hominis. ſ. bonū ſm aīam: ⁊ ſꝫ corpus: ⁊ exteriora bona. Felicitas aūt cū ſit bonū pfectiſſimuȝ ipſius hoīs aggregat oīa iſta. Et hoc eſt qđ dicit: ꝙ nos putamus multa ſufficiēter dixiſſe de vltimo fine hoīs: in his q̄ ſunt dicta in extrinſecis ſermonib⁹: hoc eſt in libro ethico. qui eſt extrinſec⁹ ab his: que cōſiderant̄ in hoc lib. per ſe: ⁊ nūc vtamur eis ad ppoſitū: ⁊ vt ad vnā diuiſioné reducamus: nulli dubiū qn bonis hoīs diſtinctis in tres ptes: vȝ in ea que exterius puta diuitias ⁊ amicos: ⁊ in ea que ſm corpus: puta ſanitaté ⁊ viuacitaté ſenſuū ⁊ hm̄: ⁊ in ea que ſm aīaȝ: qn oīa iſta neceſſe ſit ineſſe beatis. Beatitudo. n. eſt pfectiſſimū bonū hoīs. Si ergo oīa iſta ſunt bona hoīs: neceſſe ē oīa iſta in eo exiſtere. Si. n. aliqđ iſtoꝝ deficeret: ex illa parte contingeret impfectio. Et hoc eſt quod Boetius dicit tertio đ conſolatione. Quia felicitas eſt ſtatus aggregatiōe oīum bonorum perfectus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nemo. n. felicē diceret eū: q nullaȝ partē fortitudinis habeat: neq̄ tēperātie: neqȝ iuſtitie: neqȝ prudētie: ſed timētē ēt circūuolātes muſcas. Temperantē vero a nulla penitus edendi bibēdiqȝ extrema cupiditate: ⁊ gratia q̄drātis vnius dilectiſſimos iterficiētē. Silr̄ ⁊ mēte tā ſtultū: atqȝ ignaꝝ q̄ſi pueꝝ quēdā vl̄ inſanuȝ.

¶ Probat q̄ntum ad alterā partem. ſ. q̄ntū ad ea que ſūt ſꝫ aīam ex quodā ꝙ oēs ꝯcedūt dicens: ꝙ hoc manifeſtuȝ ē de bonis ſm aīam: q² nullus bn̄ diſpoſitus diceret illum ſimplr̄ eē felicē: q nō attingeret ad aliq̄ ptē virtutis: puta fortitudinis: vel tēperātie: vel iuſtitie: vel prudētie: q̄ ſunt quattuor virtutes pncipales: nullus. n. diceret illū felicem eē: q nō aggrederet̄ aliqua terribilia: vel formidaret muſcas volantes: ⁊ paueret ad ſonū folij: vel ad apparitioneȝ vmbre: nec ēt illū qui in vſum ciboꝝ vel venereoꝝ nō abſtinet ab aliquo extremoꝝ: ſed appeteret comedere vl̄ bibere qđcūqȝ vel q̄uocumqȝ: ⁊ vteret̄ venereis q̄uocūqȝ ⁊ q̄ntūcūqȝ. Silr̄ aūt nec illū q nullā hn̄s eq̄taté iuſtitie: ſed gr̄a q̄drātis: que eſt q̄rta ps denarij hn̄di q̄uocunqȝ vellet pimere dilectiſſimos. Silr̄ aūt ſe hꝫ in his q̄ circa prudētiā. Nullus. n. diceret illū eē beatū: q ſit imprudens ⁊ ſine diſcretiōe: ⁊ mēdax ē ſicut puer aliqs ſenſum nō hn̄s: nec vſum rōnis. Hoc aūt nō eēt niſi ad beatitudinē ptinerēt operationes virtutis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed iſta qdē ſic: vt dicta ſunt: oēs ꝯcederēt. Diſcordent tn̄ in q̄nto atqȝ exceſſu. Nā virtutis qdē ſatis hr̄e ſe putant q̄ntulūcūqȝ habeāt. Diuitiaꝝ ṽo atqȝ pecunie: potētieqȝ: ⁊ fame: ⁊ hm̄ oīum infinitum exceſſum ſequuntur.

¶ Inquirit hoc ſuppoſito: in quo iſtoꝝ pncipalr̄ cōſiſtat felicitas. Et primo tāgit erroré quorūdā. Scđo cū dic̄. (At enim nos ⁊c̄.) reprobat ex quo apparet intentum ſuū. In prima pte dicit: ꝙ oīa pdicta bona ptinere ad felicitaté cōcedunt vt oēs: qđ dicit pp̄ter aliquos ſylueſtres: q ēt nihil ſciunt de felicitate. Differēter tn̄ dicūt iſta ptinere ad ipſam ſm q̄ntitaté ⁊ exceſſum virtutis vel alioꝝ. Quidā. n. dicūt ſufficere ad felicitaté perfectā q̄ntūcūqȝ virtutis ēt modicū: diuitiaꝝ aūt ⁊ pecuniaꝝ: q̄ ſunt diuitie accidentales: ⁊ potētie: ⁊ glorie: ⁊ fame: ⁊ oīum talium dicūt ptinere ad exceſſum infinitum. ⁊ ideo ipſam dicūt conſiſtere pncipaliter in bonis exterioribus. Sed quidā in diuitijs: qdaȝ in gloria: qdā ēt in bonis corporis: puta in voluntate: vel i aliquo hmōi principaliter. Per poſterius aūt i virtute. ſ. ſm ꝙ ordinantur ad illa. ¶ Deinde cū dicit.

¶ At. n. nos illis dicemus: q² facile eſt de his ēt per opa ipſa fidē ſuſcipere cernentes: q² hoīes acq̄runt ⁊ ꝯſeruant nō virtutes externis bonis ſed externa virtutibus. Ipſaqȝ beata vita: ſiue in gaudio poſita eſt: ſiue i virtute: ſiue i ambobus magis exiſtit moribus ⁊ intellectu i exceſſum ornatis. Mediocria ṽo externa poſſidentib⁹: quā his qui in externis plura poſſidēt q̄ opus ſit: ⁊ in illis deficiunt.

¶ Reprobat opinioné iſtā oñdens ꝯriū. ſ. ipſam pncipalr̄ ꝯſiſtere in virtute. Et circa hoc primo ponit rōnes hoc oñdētes. Scđo cū dicit. (Qđ igit̄ felicitatis ⁊c̄.) inducit cōcluſioné ſubiūgēdo quaſdā pſuaſiones. Circa p̄ᵐ ponit q̄ttuor rōnes. Scđa ibi. (Quinetiā ⁊c̄.) Tertia ibi. (Dicqȝ pȝ ⁊c̄.) Quarta ibi. (Inſup al gr̄a ⁊c̄.) Circa primuȝ dicit ꝙ nos reprobantes dcm̄ iſtoꝝ dicemus: ꝙ eſt facile facere fidé ex ipſis operationibus nobis magis manifeſtans de his: ꝙ felicitas ſiue cōſiſtat in opatione virtutis: ſiue in delectatione: ſiue in vtroqȝ magis exiſtit: ⁊ principalius i morib⁹. i. in ꝯſuetudinalibus opationibus ordinatis ſꝫ rōnem: ⁊ in excellētia opationis perfecte intellectualis: cum mediocri poſſeſſione bonoꝝ exterioꝝ q̄ in abundātia preter oportunū hm̄ bonoꝝ exterioꝝ: ⁊ deficiētia virtutis vel intellectualis opationis. In illo. n. bono principalius felicitas cōſiſtit quo acq̄runt̄ ⁊ ꝯſeruant̄: ⁊ hn̄ ordinātur alia q̄ in illis: que acq̄runt̄ ⁊ cōſeruant̄ ⁊ dirigunt̄ palia. Illud enim quo aliquid dirigit̄ ⁊ menſurat̄ pncipalius vr̄: ſed nos videmus ad ſenſum ꝙ bona exteriora ⁊ quedā corporis acq̄runt̄ ⁊ cōſeruant̄: ⁊ diſpenſant̄ ſm rōné rectam per opationé virtutis ⁊ itellectus: ⁊ nō ecōtrario. Vñ dr̄ in 4° ethi. ꝙ ſine virtute nō eſt facile bn̄ ſuſtinere bonas fortunas. Diuitiaꝝ. n. abundantia ſm ſe inclinat ad id: qđ p̄ter rōnem eſt. Unde 2° rhetoricoꝝ dicit̄. ꝙ diuites cōtumelioſi ⁊ elati ⁊ iactatores ſunt patientes aliquid a poſſeſſione diuitiarum. ergo principalius conſiſtit felicitas i excellentia virtutis ⁊ operatione intellectus q̄ bonorum externorum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quinetiā rōne lꝫ hoc intueri. Nā externa q̄dem bona fidem hn̄t tanq̄ inſtr̄m quoddam. Omne aūt vtile tale eſt: vt exceſſus vel noceat habēti: vel certe nil pſit. At bona animi quanto magis excedūt: tanto magis vtilia ſūt. Siqdem non ſolum honeſti: verūetiam vtilis appellationem tribuere illis oportet.

¶ Ponit ſcđam rōnem dicēs: ꝙ inſup facile pōt videri volētibus ꝯſiderare ſm rōné: q felicitas cōſiſtit p ſe ⁊ principalius in actione aliqua ſm v̄tuté. In illo. n. bono per ſe ⁊ pncipalius ꝯſiſtit felicitas: cuius appetit⁹ nullū terminuȝ hꝫ q̄ in eo qđ hꝫ appetitū determinatū: ſicut. n. dr̄ in p̄mo huius. Finis medicinalis eſt ad ſanare in infinitū: ⁊ cuiuſlibet artiū finis eſt in infinitū: q̄: maxime. n. illū volūt facere. Eoꝝ aūt qui ad finé nō in infinitū: ſed appetitus bonoꝝ exterioꝝ terminū hn̄t. Appetitus aūt eoꝝ que circa aīam non hn̄t. q̄ principalius cōſiſtit in bonis aīe q̄ in exterioribus. Minoré iſtius rōnis pbat ſic dicēs: ꝙ bona exteriora terminū quēdā hn̄t in ordine ad appetitū: querūtur. n. ſicut organū qđdā neceſſarium ad opōné. Oē aūt qđ rōné organi ⁊ vtilis hꝫ ſi excedat ab eo: qđ eſt ſm rōné: neceſſariū ē eē nociuū: aut nihil pficere: ſicut đ fiſtula apparet:

qm̄ ſi ſint maiores: aut plēs ꝙ̄ poſſint moueri a ſiſtulante nocēt: aut ñ pficiūt. ğ de neceſſitate terminū quēdaz hñt vſqꝫ ad quē querunt̄ ⁊ nō vlterius. Bona aūt ſm̄ animā ꝙ̄to magis excedūt tāto vtilioꝛa ſunt: ſic opꝫ iſta nō ſolū bona dicere: ſed ēt vtilia: qḋ adiungit: qꝛ ſm̄ veritatez in bonis ſm̄ aīam eſt aliqd qḋ hꝫ rōnē boni ⁊ nō vtilis puta vltimus finis qui eſt aliud: vtile aūt dicimus qḋ ordinat̄ in finē aliū. Hoc aūt eſſet vbi appetitus bonoꝝ ſm̄ aīam infinitus eſſet: ⁊ quererent̄ ſine termio. Sic igit̄ pꝫ: ꝙ bona exterioꝛa terminū quēdā hñt. Illa aūt que ſunt ſꝫ animam nullum in ordine ad appetitum. Et hec fuit minoꝛ propoſitio. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Omninoqꝫ patet qḋ ſequi dicemus diſpoſitionē optimam cuiuſqꝫ rei adinuicē ſm̄ diſtantie illoꝝ: quoꝝ dicimus eas eē diſpōnes. Quare ſi ē aīa p̄cioſioꝛ coꝛpoꝛe ⁊ pecūijs: ⁊ ſimplr ⁊ nobis neceſſariū eſt: ⁊ diſpōnē vtriuſqꝫ optimam eodem modo illis coꝛreſpondere.

ℭ Ponit tertiā rōnem dicens: ꝙ vlr manifeſtū eſt: ꝙ optimā diſpōnē cuiuſlꝫ adinuicem reſpectu alterius dicimus attēdi ſm̄ exceſſum: quē hꝫ diſpō reſpectu diſpōnis alterius: diſtantiā. i. per diſtantiā quā ſoꝛtit̄. Per diſtantiā illarū reꝝ: quaꝝ dicimus eſſe illā diſpōnē ⁊ aliā: ⁊ p hoc totū nihil aliud intendit vt vr̄: niſi ꝙ illa diſpō in vnoquoqꝫ ē optima: que ꝯſequit̄ nām optimā. Si igit̄ aīa melioꝛ ⁊ excellentioꝛ eſt ꝙ̄ poſſeſſiones exterioꝛes: ⁊ ꝙ̄ ipſuꝫ coꝛpus: ⁊ ſimplr ſm̄ rē: ⁊ quo ad nos: neceſſe eſt diſpōnē aīe ad diſpoſitionē coꝛpoꝛis ⁊ poſſeſſionis exterioꝛis ꝓpoꝛtionabiliter ſe hr̄e: ⁊ iō ſicut aīa eſt optima pars hoīs: neceſſe eſt diſpōnē eius ſm̄ ſe eſſe optimā: quare ſi optima diſpoſitio hoīs eſt felicitas ipſius: neceſſe eſt felicitatē ipſius cōſiſtere in aliquo bono animę. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Inſuper animi gratia illa expediri nata ſunt: ⁊ ita recte ſentientes expetere omnes opoꝛtet. Non autem animum gratia illoꝛum.

ℭ Ponit quartā rōnem dicēs. Felicitas ꝯſiſtit principalr in illo bono: cuius gr̄a querit̄ alia: ⁊ nō ecōtrario. Hoc. n. dicimus finē vltimū: ſicut dr̄ pͦ ethi. Sed bona coꝛpoꝛis ⁊ exterioꝛa eligunt̄ gr̄a ipſius aīe: ⁊ tm̄ querunt̄ inꝙ̄tum ſunt vtilia ad actionē ⁊ opus. Et hoc videmus oēs ⁊ bene prudētes eligere: ⁊ nō ecōtrario aīam: ⁊ bona ipſius q̄rere gratia iſtoꝛum. In bonis igitur animę principalibus conſiſtit felicitas. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quod igit̄ felicitatis tm̄ vnicuiqꝫ contingit quantū virtutis: atqꝫ prudentię: ⁊ quantū ſm̄ has opatur cōceſſuꝫ nobis exiſtat: teſte deo fretis dicēte felicē eſſe: atqꝫ beatum nō p aliquod exteꝛnoꝝ: ſed p ſeip̄m: qꝛ talis eſt ſm̄ naturaꝫ. Cum ⁊ bonā foꝛtunā aliud eſſe ꝙ̄ felicitatē ꝓpter hec neceſſariū eſt. Nā exteꝛnoꝝ qdē bonorū cā eſt foꝛtuna ⁊ caſus. At iuſtus ⁊ temperatus nemo a foꝛtuna eſt: neqꝫ p foꝛtunam.

ℭ Inducit ꝯcłonē p̄ncipalr intentā cū qbuſdā pſuaſionib⁹ dicens: ꝙ ſic igit̄ pp̄ p̄dictas rōnes tm̄ vnicuiqꝫ adiacere felicitatis practice ꝙ̄tū virtus moralis: ⁊ prudētię: ⁊ virtutis intellectualis: ⁊ actionū que ſunt ſm̄ has v̄tutes ſic nobis ꝯceſſum: ⁊ manifeſtū inuocantib⁹ deū in teſtē: q beatus eſt ſimplr. Attingit. n. ad optimū ſuū nō pp̄ aliqḋ extrinſecū ſibi: ſed pp̄ ſeip̄m: qm̄ ſi felicitaret̄ pp̄ aliqḋ extrinſecū cū felicitas ſit finis: hēret aliquē finē diuiſuꝫ a ſeipſo: ⁊ eēt aliqd melius ipſo. Finis. n. melioꝛ ē eis: q̄ ſunt ad finē: qḋ eſt nephas dicere. Et iteꝝ felix ē pp̄ ipſam nām ſuā: ita ꝙ felicitas eius ſit ipſa nā eius differēs rōe tm̄. Si. n. nō eēt ipſa nā eius: ſed aliqd additū ei: ſeq̄ret̄ in eo eē ꝯpōnez: ⁊ ꝙ eēt aliqd prius eo: qḋ eēt p̄nͫ ꝯpōnis: ⁊ aliqd melius eo ſicut dcm̄ eſt: que valde abſurda ſunt. ⁊ iō felix eſt ſꝫ nām ſuā ⁊ nō p aliqḋ extrinſecū. Et ꝓpter h̄. ſ. ꝙ felicitas nō cōſiſtit in exterioꝛibus bonis: ſed in his q̄ ſunt ſm̄ aīam: dicimus bonā foꝛtunā eē diuerſam a felicitate. Bonoꝝ. n. q̄ ſunt extra aīaꝫ foꝛtuna ⁊ caſus ſūt cā: vñ ⁊ dn̄r bona foꝛtune. Uirtuoſus aūt: puta iuſtus: aut temperatus nullus eſt nec a foꝛtuna: nec ꝓpter foꝛtunam: ſed ꝓpter conſuetudinem ⁊ rōnem rectam. Et ideo huiuſmodi bona animę altera ſunt a bonis foꝛtune. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Conſequēs vero eſt ⁊ hiſdē rōnibus ꝯſentaneū: ciuitatē quoqꝫ beatam eē: que optima ſit: ⁊ que bn̄ agat. Impoſſibile autē bn̄ agere eos qui bona nō agant. Nulla ꝟo bona actio ē neqꝫ viri: neqꝫ ciuitatis ſine virtute: atqꝫ prudētia. Foꝛtitudo autē ⁊ iuſtitia ⁊ prudētia ciuitatis eandē hñt vim ac foꝛmā: ſm̄ quas vnuſquiſqꝫ hoīuꝫ dr̄ iuſtus: ⁊ prudēs: ⁊ tēꝑatus.

ℭ Oñdit q̄ ſit felicitas: ſeu vita optima ciuitatis. Et p̄ facit h̄. Scdo cū dicit. (Hec hacten⁹.) excuſat ſe a certioꝛi cōſideratiōe de iſtis. In pͣ pte dicit: ꝙ ꝯñr opoꝛtunū eſt oñdere: ⁊ p v̄tutē q̄rūdā rōnū earundē de felicitate ciuitatis que ē. Illā. n. ciuitatē dicim⁹ eē felicē: ⁊ ēt optimā q̄ optie opat̄. Felicitas. n. ſupponat̄ eē optima opō ex p̄ ethi. Impoſſibile aūt eſt optime opari illos: q nō optime opantur. bonū. n. in opōne ſeqtur bonitatē obiecti ſiue opati. Sed nullū bonū opus ē: neqꝫ vnius viri ſm̄ ſeip̄m: neqꝫ ciuitatis ſine v̄tute morali ⁊ prudētia intellectuali. ğ ipoſe eſt ciuitatē eē felicē ⁊ optimā ſimplr ſine virtute morali ⁊ intellectuali. ꝯſiſtit igit̄ felicitas in aliquo ptinēte ad v̄tutem.

ℭ Sꝫ qꝛ aliqs poſſet dicere: q fortitudo ⁊ iuſtitia ⁊ alie v̄tutes moꝛales nō ſūt vnius nāe: ⁊ iō nō opꝫ q ſi felicitas vnius hoīs cōſiſtat in actiōib⁹ iſtaꝝ: ꝙ pp̄ h̄ felicitas ciuitatis cōſiſtat in actiōib⁹ earundē: q̄ſi hoc volens remouere. dicit ꝙ foꝛtitudo ciuitatis: ⁊ iuſtitia: ⁊ prudētia: ⁊ alie v̄tutes eandē hñt potentiā in oꝛdine ad opōnē: ⁊ ad foꝛmā ꝙ̄tū ad nām ipſam in ſe cū foꝛtitudine: ⁊ iuſtitia: ⁊ prudētia: ⁊ alijs v̄tutib⁹: qbus infoꝛmat̄ vnuſqſqꝫ hō ſꝫ ſeip̄m. ⁊ dr̄ iuſtus prudēs: tēperatus. Et eſt intelligēdū: ꝙ virtus totius ciuitatis: ⁊ virtus vniuſcuiuſqꝫ eſt eiuſdē nāe in ſe ⁊ in oꝛdine ad opationē nō differēs: niſi ſicut totū a parte ⁊ amplius a minoꝛi. Uirtus enim moꝛalis ciuitatis aggregatur ex virtutibus partialibus ciuiuꝫ: ⁊ ideo ſicut vnius nāe eſt riſibilitas in vno hoīe ⁊ in centum: ita eadē eſt virtus in vno ⁊ in tota ciuitate. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Hec hactenus p̄miſſa ſint: neqꝫ enī non attingere illa poſſibile fuit: neqꝫ oīno oēs eoꝝ ꝓprias ratiōes explicare. nam alterius ocij iſta ſunt. Nunc aūt ſupponatur nobis ꝙ vita optima ⁊ priuatim vnicuiqꝫ ⁊ publice ciuitatibus eſt cum virtute intātum exteꝛnis facultatibus adiuta: vt actiones virtuoſas conficere poſſit. Sed de his nunc p̄termiſſis poſtea conſiderādū erit: ſiquis foꝛſan dictis non acquieſcit.

ℭ Excuſat ſe a certioꝛi cōſideratiōe de iſtis dicens: ꝙ d̄ felicitate vnius hoīs ⁊ totius ciuitatis tm̄ dcm̄ ſit rōne per

modum

modū ꝓhemij reſpectu ſequētiū. Non.n. declaratione dictoꝝ de ipſa poſſe eſt intelligentē effugere oēm rōnē: ſunt .n. quedā manifeſta ex ſe: ex qb⁹ declarant̄ ꝑdicta. Nec ēt poſſibile eſt ꝑtrāſire oēs rōnes: q̄ poſſent adduci ꝑꝑ multitudinē eaꝝ: ⁊ breuitatē tractatus. Oēs.n. iſtas dicere alterius ſtudij eſt opus. Iſte.n. ꝑtractate ſunt in p° ⁊ in .x. ethi. de felicitate que eſt ſm vnū: nūc vero ſupponat̄ ad ꝓpoſitā intentionē: ꝙ vita optima: ⁊ felicitas: ⁊ vniuſcuiuſqȝ ſʒ ſeipm̄ ⁊ totius ciuitatis ē ꝑfecta: q̄ eſt cū virtute nō ſm ꝙ habitus gdā eſt: ſic.n. in potētia eſt ad vlteriorē perfectionē: ſed ſm ꝙ redūdat in opus intantū vnūquēqȝ: vel ciuitatē ꝯtingat ꝑticipare actionibus virtutis dimittētes in ꝑſenti ꝯſideratiōe alia: que ꝯſiderari pñt: cōſiderantes ipſa poſterius ſi aliquis nō credat rōnibus predictis.

Utrum aūt eadem ſit dicenda felicitas ſingulorum hominum ⁊ ciuitatis: vel non eadem reliquum eſt videre. Lectio. II.

¶ Poſtq̄ ph̄s oſtdit que ſit optima vita vni⁹: ⁊ q̄ optima ciuitatis: vult ingrere nūc: vtrū eadē ſit vnius ſm ſeipm̄. Et p° facit h̄. Scd̄o cū dicit. (Sed hec iam duo ⁊c̄.) mouet q̄ſdā dubitatiōes. Et circa p̄ᵐ ꝑmittit intētionē ſuam. Scd̄o cū dicit. (Manifeſtū v̄o ⁊c̄.) proſeqt̄. In p° dicit ꝙ poſt ꝑdicta relinqt̄ ꝯſiderandū: vtrū felicitas vniuſcuiuſqȝ hoīs ſm ſe: ⁊ ciuitatis cōiter ſit eadē ſʒ rōnem: vel altera. Hoc.n. fuit ſm ꝓpoſitoꝝ prius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtū v̄o ⁊ h̄ oēs.n. faterent̄ eē eādē. Nā qcūqȝ in diuitijs beata vitā poſuerūt: hi ciuitatē quoqȝ totā: ſi opulēta ſit: beatā fatebūt̄.

¶ Applicat ſile ad ꝓpoſitū. d. ꝙ ſilr ciuitas cū ſit a nā ſcḋm nāte ⁊ rōne pficiente q̄ imitat eā hꝫ magnitudinē determinatā ad minus ⁊ ēt ad maius. Illa. n. q̄ cōponit ex paucis ciuibus nō eſt p ſe ſufficiēs: ſicut nec vicus. Ciuitas āt eſt cōitas p ſe ſufficiēs: ſicut dictū eſt prius: ergo illa q̄ ē ex paucis ciuibus valde rōnē ciuitatis nō hꝫ. Illa aūt q̄ ē ex multitudine ſupabūdanti p ſe ſufficiens eſt ſibi in neceſſarijs ad vitā: ſicut regio aliqua: ſed nō ſicut ciuitas. Ciuitatē. n. opꝫ hr̄e ordinē quēdā ciuilē. Multitudinē aūt ſuperabundātē hr̄e ordinē ciuilē aut difficile eſt valde: aut impoſſibile: ⁊ iō illa que ex multitudine dr̄ abūdanti eſt ꝓpe rōnē ciuitatis non hꝫ. Sic ergo illa que deficit a multitudine determinata: ⁊ illa que excedit ꝓpꝛie ciuitates non ſunt. Nullus. n. dux exercitus poteſt pncipari multitudini excedenti ad maius de ſe determinate: nec aliquis eſt ṗco qui non habet aliquā magnitudinem vocis: ſicut fuit quidam nomine ſtentor. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quo circa neceſſe eſt primā ciuitatē illā q̄ ex ea multitudie ꝯſtat: q̄ multitudo ṗma p ſeipaꝫ ſufficiens ſit ad bn̄ viuendū in ciuili ſocietate.

¶ Cōcludit q̄s eſt termin⁹ magnitudīs ciuitatis: ⁊ ṗ q̄s eſt termin⁹ eius ad minus. Scdo cū dicit. (Recipit ⁊c̄.) q̄s ē ad maius. In pma pte dicit ꝙ pp hoc: q2 ciuitatē opꝫ eē p ſe ſufficientē: ⁊ p ſe ſufficiēs nō eſt ex paucis exiſs ṗmā ciuitatē ſm vnā rōnis qua minor rōnē ciuitatis nō hꝫ: neceſſarium eſt eſſe illā que ex tāta multitudine cōponit q̄ eſt per ſe ſibi ſufficiēs ad bene viuendū ſm cōicatione ciuilē ꝓpter diuerſitatē officioꝝ ⁊ artificioꝝ: qua minor nō eēt per ſe ſufficiens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Recipit v̄o vt ea q̄ multitudineꝫ hāc excedit ſit maior ciuitas: ſed hoc eſt: vt diximus: infinitū. Que v̄o ſit huius exceſſus determinatio ex opibus intelligi facilr̄ pōt. Sunt. n. actus ciuitatis impantiū atqꝫ parentiū. Impantis qdem opus eſt iubere ac iudicare. Ad iudicandū v̄o ſm iuſtitiam ⁊ ad magr̄atus demandandos ſꝫ dignitatē neceſſariū eſt: vt ſeinuicē cognoſcāt ciues quales ſint. Quare vbi hoc nō fieri contingit: neceſſe eſt vt male res ṗcedant circa magiſtrat⁹ demādādos: ⁊ circa iudicia. In vtroqꝫ certe hoꝝ nequāq̄ eſt temere ṗcedendū qd̄ in nimia multitudine manifeſte contingit.

¶ Declarat quis eſt terminus eius ad maius: ⁊ circa h̄ pmo ꝓpōit. Scdo cū dicit. (Sūt. n. ⁊c̄.) probat. Tertio cū dicit. (Patet igit ⁊c̄.) cōcludit intentū recapitulādo. In pma pte dicit ꝙ ꝯtingit ciuitatē q̄ excedit eā q̄ dicta ē ſm multitudinē eſſe maiorē ciuitatē: ſed non ꝯtingit exceſſū eſſe in infinitum: ita vt q̄ magis excedit magis ſit ciuitas. Quis āt ſit termin⁹ talis exceſſus: vltra quē nō eſt ciuitas facile eſt ꝯſiderare ex opationibus: deinde manifeſtat h̄ ex duobus. Scdo ibi. (In ſup ⁊c̄.) In pma pte eſt intelligēdum ꝙ ſicut dr̄ in pmo huius: oīa q̄cunqꝫ ſm nām ⁊ artē ſunt diffinita: ſunt v̄tute quadā ⁊ opatione: in quā cū pn̄t dicunt: cū aūt non pn̄t nō dicunt niſi equiuoce. Ciuitas v̄o

eſt aliqd

eſt aliqd eoꝝ q ſm aliqd eſt a nã ⁊ ſm aliqd ab arte: ⁊ iõ opatione determinatã hȝ in quã cũ põt dr̃ ciuitas: cũ autẽ nõ põt non dr̃. Opatio aũt pncipalis ciuitatis attendit̃ ſꝫ partẽ pncipaliorẽ in ea: que eſt ipſe pncipans. Opatio aũt pncipalis pncipantis eſt dirigere ſubditos ſm rõnẽ pcipiendo ⁊ diſtribuẽdo bõa cõia ⁊ iudicãdo recte: ad que pexigit̃ cognitio ciuiũ. Dicit igit̃ ꝙ ciuitatis ſũt alique opationes qdã quas exercet per pncipantes: quedã aũt quas p ſubditos. Opatio aũt pncipantis eſt iudicare ⁊ pcipere recte ⁊ diſtribuere recte pncipatus: q2 iſte cõpetunt ſibi per virtutẽ q̃ eſt prudentia que eſt ꝓpria ei. Ad hoc aũt ꝙ recte iudicet de iuſtis: ⁊ ꝙ recte diſtribuat pncipatus ⁊ bõa cõia ipſis ciuibus: neceſſariũ eſt ipȝ cognoſcere ciues quales qdẽ ſunt ſm virtutẽ: ⁊ quã dr̃iam hñt inuicẽ ſm virtutem: vt ſm exigẽtiã dignitatis virtutis diſtribuat pncipatus ⁊ iudicet ⁊ differenter ſm dr̃iam dignitatis eoꝝ: aut ſi vbi nõ ſit ſm hunc modũ oportеat diſtributionẽ bonorum cõium ⁊ iudicia praue ſe hr̃e. Circa.n. iſta opari non ſm rõnẽ rectã: ſed ſm ꝓprium impetũ piculoſuȝ eſt ⁊ iniuſtum: ⁊ tñ hoc neceſſe eſt accidere in ciuitate que eſt ſuperabũdantis multitudinis. Non.n. oẽs ciues a pncipãte bene pñt cognoſci: tantã igit̃ opȝ eſſe multitudinẽ ciuiũ ad plus in ciuitate que recte debet operari: quanta poteſt a principante cognoſci. ℭ Deinde cũ dicit.

ℭ Inſup hoſpitib⁹ ⁊ iq̃linis facile eſt ad rẽp. repe: cũ ñ difficile ſit i tãta hoiuȝ mľtitudie lateṙ.

ℭ Probat idẽ ex ſcdo ſic. In ciuitate ſupabundãtis multitudinis ꝯtingit eſſe multos extraneos ⁊ aduenas: ⁊ alios non diligẽtes rẽp. Extraneis aũt ⁊ aduenis ⁊ non diligẽtibus rẽpu. facile eſt rẽp. trãſmutare ꝓpter multitudinẽ ipſoꝝ. Nõ.n. difficile eſt latere eoꝝ machinationẽ pp exceſſum multitudinis. Magis.n. latent male opantes in maiori multitudine q̃ minori. Hoc aũt eſt malũ ciuitati ⁊ ꝯ nãm eius: ergo malum ⁊ ꝯtra nãm ciuitatis eſt ipſum eẽ ſuperabundantis multitudinis. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Pȝ igit̃ ꝙ hec ẽ optia determiatio ciuitatis: vt ſit maximus mľtitudinis exceſſus: que ſit p ſe ſufficiens ad viuendum: ⁊ facile inter ſe cognoſci poſſit. De magnitudine ergo ciuitatis determinatum ſit in hunc modum.

ℭ Inducit ꝯclõnẽ intẽtã dicẽs. Manifeſtũ eſt igit̃ ex his que dicta ſunt: ꝙ optimus terminus ciuitatis eſt exceſſus multitudinis maximus qui eſt ſufficiens ad per ſe ſufficientiam vite: ⁊ eſt facile auxiliabilis ⁊ ordinabilis ſm rõnem rectã: ita ꝙ terminus ciuitatis ad minus accipit̃ a rõne per ſe ſufficiente: ad maius aũt a rõne bone ordinationis. Sic igit̃ determinatum ſit de magnitudine ciuitatis.

De regiõe aũt eadẽ fere dici pñt. Nam qualis eẽ dẽat clarũ eſt ꝙ ſufficiẽtiam oẽs laudabũt. Hãc ãt neceſſe eſt feracẽ eẽ oiuȝ. Nã oĩa in ſeipſa hr̃e: ⁊ nullius indigere ſufficiẽtis eſt. Lectio. IIII.

ℭ Poſtq̃ phs ingſiuit de his q̃ ſupponẽda ſunt ex pte magnitudinis ciuitatis ciuilis: ingrit nũc de his q̃ ſupponenda ſunt ex pte regionis adiacẽtis. Et circa h̄ pmo facit qδ dictũ eſt. Scdo cũ dicit. (De regione igit̃ ⁊c.) recapitulat determinata. Regio aũt queniṫ ſm ꝙ vtilis eſt ad bñ iudicandũ. Ad h̄ aũt opȝ ipſam eẽ q̃tã ⁊ qualẽ ⁊ bñ poſitã. Et ſꝫ h̄ diuidit̃ po iſta in ptes duas. Q2 pmo declarat qualem ⁊ q̃tã oporteat eã eſſe. Scdo determinat de ſitu ipſius cũ dicit. (Formã vo ⁊c.) Circa pmũ pmo oñdit qualẽ oporteat eã eẽ. Scdo cũ dicit. (Multitudinẽ vo ⁊c.) quãtã ſm q̃titatẽ. In p⁹ pte intelligẽdũ eſt: ꝙ cũ regio oĩa q̃rat̃ p ciues vel vſum ipſoꝝ: opȝ ipſam eſſe ꝓportionatã ciuibus: ⁊ diſpõnẽ ipſius q̃rere ſm ꝙ cõpetit vſui ipſoꝝ. Et iõ dicat ꝙ illa q̃ ad regionẽ ptinent ꝓportionaliter ſe hñt his que dicta ſunt de magnitudie ciuitatis quo ad ciues: qualẽ.n. oporteat ipſam eſſe manifeſtũ eſt ꝙ p ſe ſufficientẽ vſui inhabitãtiũ. Quilibet.n. regionẽ talẽ laudat que ſufficiens eſt ad oĩa illa q̃ ſũt neceſſaria ad bñ viuere. Talẽ aũt oȝ fertilẽ eẽ ⁊ ferre oĩa ex qbus ſuſtentat̃ nã humana q̃ ad potũ ⁊ cibũ: ⁊ quo ad ꝓhibitionẽ intẽperãtie incõtinẽtis. Hoc.n. dicimus p ſe ſufficiẽs qδ oĩa hȝ ⁊ nullo idiget. Regionẽ igit̃ talẽ opȝ eẽ ſꝫ qualitatẽ ꝙ poſſit oĩa ferre q̃ ſunt neceſſaria ad p ſe ſufficiẽtiã vite. Hoc aũt põt facere ſi fuerit tẽperata ſꝫ q̃litates pmas: calidũ frigidũ humidũ: ſiccũ: qδ ꝯuenit ei p ꝯuenientẽ hitudinẽ ad figurã celeſtem ⁊ loci diſpõnem. ℭ Deinde cũ dicit.

ℭ Multitudine vero ac magnitudine tantam queat habitatores ocioſos nutrire: liberaľr ſimul tẽperateq3 viuẽtes. Hoc aũt vtrũ bñ vel non bñ dicat̃ poſtea diligẽti⁹ erit ꝯſiderãduȝ: vbi de poſſeſſiõibus ⁊ facultatib⁹ mẽtionẽ fieri ꝯtinget: qualr̃ ⁊ queãdmodũ ſe hr̃e erga vſũ ipm opȝ. Permulte.n. circa conſiderationem iſtam dubitationes cadunt propter trahentes in vtranq3 partem ⁊ vite exceſſum: alios ad tenuitatem: alios ad largitatem.

ℭ Declarat q̃tã opȝ eaȝ eſſe: ⁊ q2 nõ q̃rit̃ regio vt dictum eſt niſi ſm ꝙ ordinat̃ ad vitã humanã: dicit ꝙ opȝ eẽ tantam ſm magnitudinẽ totius ⁊ ſm multitudinẽ ꝯſideratã ſꝫ diuerſitatẽ terre ſatiue ⁊ nõ ſatiue ꝯſite ⁊ paſcualis. Et hõ q· hoĩes in ea poſſint viuere ſm ꝙ cõpetit hoi ſm ꝙ hõ: hoc aũt eſt ſm virtutẽ: ⁊ iõ tantã opȝ eſſe ipſam ꝙ hitãtes in ea poſſint viuere ſꝫ virtutẽ q̃ eſt directiua eoꝝ ex qbus ſuſtentat̃ nã q̃ eſt tẽperãtia ⁊ liberalitas. Temperantia qdeȝ ſm ꝙ ex ipſa ſuſtentat̃ nã abſolute: liberalitas in cõparationẽ ad alteꝝ. Tantã igit̃ opȝ eſſe eã q· habitantes poſſint viuere tẽperate nõ declinãtes ad delitias: ⁊ liberalr̃ nõ retracti p tenacitatẽ. Utrũ aũt iſte terminus magnitudinis ciuitatis bñ aſſignatus ſit vel nõ poſterius ꝯſiderabimus: qñ ꝯſiderabimus de poſſeſſione ⁊ abũdãtia ſubſtãtie. Quãtã.n. oporteat eã eſſe: ⁊ qũo ordinare ad vſum ſunt multe dubitationes ⁊ ꝯrie ꝓpter inclinationes nãles ad vtrãq3 exceſſum. Hoꝝ qdẽ ad delitias ⁊ intẽperãtiã. Hoꝝ aũt ad paitatẽ: ſolẽt.n. hoĩes in agibilib⁹. Forte aũt ⁊ in ſpeculabilibus formare ſibi opiniones ſm inclinationes: vt qui inclinant̃ ad delitias opinant̃ in ipſis ſummum bonũ eſſe: ⁊ diuitias debere queri ſm ꝙ faciunt ad delitiandũ: ⁊ ſiľr in alijs vt frequenter. Hoc aũt eis accidit ꝓpter infirmitatem intellectus eoꝝ non potẽtis ſupergredi ſenſum: nec diſcutere veritatẽ propter nature inclinationem. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Formã vo regiõis nõ eſt difficile pſcribere: credendũq3 eſt in qbuſdã rei militaris peritis aſſerẽtibus talẽ eſſe oportere: vt ab hoſtibus qdẽ nõ facile inuadi poſſit: ciuibus aũt facilis ſit in aliena egreſſio. Preterea vt hoiuȝ multitudinẽ facile inter ſe cognoſci poſſe diximus oportere: ſic etiã regio ſit ſubiecta conſpectui: id eſt vt cognoſci ⁊ ſuccurri faciliter poſſit.

ℭ Determinat de ſitu regionis: ⁊ pmo in ſe. Scdo cũ dicit.

(Urbis aūt ⁊c̃.) In cōparatiōe ad mare ⁊ aridā. In pⁱma parte dicit ꝙ facile eſt ꝯſiderare ſm rōnē: qualē opꝫ eſſe ſpēꝫ.i. diſpōnē vel ſitū regiōis: ⁊ ꝯueniens eſt ꝑſuaderi ad hoc ab hiis q obſeruant vel dicūt hi q ex̄ꝑti ſūt circa ducatū exercit⁹. Dux.n. exercitus circa diſpōnē regionis negociat̃ ⁊ exꝑtus eſt. Dicendū eſt igit̃ ſꝫ ꝙ ab ipſis ꝑſuaſi ſumus: ⁊ opꝫ ipſam eſſe difficile adibilē ab impugnātib⁹ ⁊ facile exibilē ab īhabitantibus: ſi.n. eſſet facilis adit⁹ aduerſarijs faciľr deſtrueret̃ ab eis: ſiľr ⁊ ſi eſſet difficilis exitus ipſis: non de facili poſſent repellere aduerſantes: ſic aūt hoc ꝑ habitudinē locoꝝ ꝯuenientē in habitudinē ad montes vel fluuios vel loca ꝑrupta: adhuc opꝫ multitudinem hoīum in ciuitate eſſe bñ ꝯſpicacē: ita ꝙ q̄libet ps ſi indigeat poſſit de facili auxiliari a qualibet vel iuuare. Eſt aūt intelligendū: ꝙ ſicut aīal eſt aliqđ vnū cōpoſitū ex ꝑtib⁹ diuerſis vnitis in toto: ita ꝙ oꝑatio cuiuſlibet ad bonū cuiuſlibet ordinat̃: ſicut oꝑatio oculi ad bonū pedis: ⁊ illa q̄ pedis ad bonū oculi: ⁊ ſic de alijs: ita ⁊ ciuitas eſt cōitas ex pluribus cōpoſita: quoꝝ oꝑationes ad bonū ſint ſingulorum ordinabiles ſunt: ſaltē ſm ꝙ ſunt ꝑtes ciuitatis: ita ⁊ ſiľr regionem opꝫ eſſe aliqđ vnū cōpoſitū ex pluribus partibus: ſic diſpoſitis ꝙ quelibet ordinabilis ſit ad bonum cuiuſlibet: ⁊ ideo oportet ipſam eſſe ſic diſpoſitam ſm ſitum: ꝙ quelibet pars poſſit auxiliari a qualibet q̄ntum ad defenſionem ab aduerſarijs: vel q̄ntū ad neceſſaria vite: vel aliquid aliud huiuſmodi. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Urbis aūt ſit⁹ ſi formāda nobis illa eſt ſꝫ votū opportune ⁊ ad terrā ⁊ ad mare dꝫ iacere. Una iā determiatio p̄miſſa eſt oportere ad auxilia ferenda cōem eſſe locoꝝ oīum vndequaq̄ꝫ afferēda. Altera ad iportationē fructuum. Preterea ad lignoꝝ materiē: ⁊ ſiqđ aliud ſiľe opificiū regio in ſe habeat facilē aduectionem.

❡ Determinat de ſitu ciuitatis in cōparatione ad mare ⁊ aridā: ⁊ pⁱ⁰ facit hoc. Scđo cū dicit. (De nauali aūt.) Inq̄rit de potētia ⁊ turba nauali vtrū expediat ciuitati vľ nō. Circa pⁱmū pⁱmo declarat q̄lr opꝫ ciuitatē eſſe ſitā ad aridā ⁊ mare. Scđo cūꝫ dicit. (Cōis aūt.) mouet dubitationē. In pⁱ pte dicit ꝙ ſi opꝫ poſitionē ciuitatis ad votū habere: opꝫ ꝙ bñ ſituet̃ in ordine ad aridā ⁊ ad mare: ita vt aliqualr vtriq̄ꝫ cōicet ſi poſſibile eſt. Et huius vna rō eſt q̄ dicta eſt prius: qꝛ opꝫ ciuitatē bñ ⁊ facile auxiliabilē eſſe contra impugnātes: hoc aūt facile magis inerit ſi ſit cōis duoꝝ.ſ. maris ⁊ aride hñs auxiliū ab vtroq̄ꝫ. Alia aūt eſt: qꝛ opꝫ ciuitatē ſuſtentari ex fructibus regionis ꝓprie vel alterius: qđ non pōt fieri niſi deferant̃ ad ipſam. facilius aūt deferunt̃: ſi fuerit cōis maris ⁊ aride. Itē ꝙ mā lignorum ⁊ ſi aliqđ aliud tale ſit: qđ inueniat̃ in regiōe neceſſarium ciuitati expedit ꝙ poſſit de facili ōferri ad ipaꝫ: hoc aūt fit ſi fuerit cōis maris ⁊ aride: ⁊ ideo expedit eam eſſe cōem vtriuſq̄ꝫ iſtorum. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Cōmunio aūt maris vtrū vtilis ſit ciuitatib⁹ vel damnoſa permulte ſunt diſceptationes.

❡ Mouet dubitationē de ꝓpinq̄tate ad mare: ⁊ ꝓponit pⁱmo circa hoc dubitationē antiquoꝝ. Scđo cū dicit. (Nā ⁊.) proſequit̃ ipſam. In pⁱma pte dicit ꝙ de ꝓpinq̄tate ⁊ cōicatione ciuitatis ad mare: vtrū vtilis ſit ciuitatibus bene gubernātibus vel dānoſa multi dubitāt multas adducentes rōnes ad vtrāq̄ꝫ ptem. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Nā ⁊ freq̄ntare aduenas quoſdā aliēis educatos legib⁹ inutile putāt ad rectā ciuitatis diſciplinā: ⁊ turbā pplarē mltiplicari ex vſu maris transmittētibus ⁊ recipiētib⁹ negociatoꝝ multitudinē ꝯtriū eſſe dicūt recte ciuiū inſtitutiōi.

❡ Proſeq̄t eā ⁊ pⁱ tāgit nocumēta q̄ accidūt ex ipſa. Scđo cū dicit. (Qđ igit̃ ⁊c̃.) vtilitates maiores ꝯſequētes. Tertio cū dicit. (Sibi.n. ⁊c̃.) docet vitare nocumēta ex ꝓpinquitate poſſibilia ꝯtingere. In pⁱ pte tangit duo ꝓp q̄ videret̃ ꝙ nō expediret ciuitatē eſſe ꝓpinquā mari: neceſſe.n. ꝯuenire multos inſtitutos vel inſtructos in alijs legibus ⁊ exercitatos in alijs ꝯſuetudinibus: ſicut videmus nunc de oībus ciuitatibus ⁊ vil'is ꝓpinqs mari: nutriti aūt in alijs legibus ⁊ exercitati in alijs ꝯſuetudinib⁹ diſtrahūt ciues ab obſeruātia ꝓpriaꝝ legū: ⁊ ab his ad q̄ ſunt aſſueti ꝓp cōicationē ⁊ conuictū: ex ꝯuictu.n. formant̃ mores: hoc aūt incōueniens eſt ciuitati ⁊ corruptiuū reip. ergo nō expedit eā eſſe ꝓpinquā mari. Scđm eſt: qꝛ in ciuitate ꝓpinqua mari neceſſariū eſt aggregari multitudinē nociuā reip. ꝓp opportunitatē.n. maris emittētes i q̄bus ſupabūdant ⁊ ſuſcipiētes in q̄bus deficiūt neceſſe eſt ſubuertere multitudinē negociatoꝝ ſeu mercatoꝝ: talis aūt multitudo ꝯtriat̃ ad bñ gubernare: qꝛ lex ipſoꝝ facit diuitias magis eſſe p̄cioſas v̄tute: qꝛ ꝯtriat̃ recte reip. ⁊ idō nō vr̃ expedire ciuitatē eſſe ꝓpinquam mari. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Qđ igit̃ ſi iſta nō ꝯtingat melius ſit ⁊ ad ſecuritatē ⁊ ad copiā reꝝ neceſſariaꝝ cōiōnē maris hēre vrbem ⁊ regionē non eſt obſcurum.

❡ Arguit in oppoſitū tangēs vtilitates ꝓuenientes ex ꝓpinq̄tate: ⁊ pⁱmo ꝓponit eas. Scđo cū dicit. (Nā ad facilius.) manifeſtat eas. In pⁱma pte dicit ꝙ non īmāifeſtum eſt: ꝙ multo melius eſt regionē eſſe ꝓpinquā mari vſque ad aliqđ ⁊ ꝓpter maiorē abundantiā neceſſarioꝝ ad vitā: ⁊ ad ſecuritatē maiorē ipſius: ſi poſſent p̄dicta incōuenientia vel nocumenta vitari. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Nā ad facili⁹ ferendū hoſtes ꝑ opportuna facultas ſuccurrēdi auxiliādiq̄ꝫ ſuis terra ⁊ mari eſſe dꝫ ⁊ ad nocendū inuadētib⁹: ſi nō vtrinq̄ꝫ poſſibile. At altera ex pte magis exiſtit amboꝝ ꝑticipātib⁹: ⁊ q̄ apud eos nō exiſtunt iportari ⁊ q̄ ſupabundāt deportari ex neceſſarijs eſt.

❡ Manifeſtat ⁊ pⁱmo pⁱmū dicens ciuitatē ſi non debeat ſeruire. opꝫ ſic eſſe diſpoſitā ꝙ faciliter ⁊ ſine dāno poſſit ſuſtinere ipetus debellantiū: ad faciliter aūt ferre ipſos: ⁊ cū minori dāno facit ꝙ poſſint ſe iuuare ꝯ eos per mare ⁊ per terrā: etenim ſi non poſſit ledere eos q ſic debellāt: tamen ſm alterā magis poterunt: ſi cōicent̃ ambobus: ab arida enim iuuabunt ſe in mari ⁊ a mari in arida cōtra eos. Expediens eſt igit̃ eam cōicare mari. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Sibi.n. ipſis mercabilē nō alijs ciuitatē eſſe opꝫ: q aūt oīb⁹ mercatū apud ſe p̄bēt: hi faciūt queſtus cupiditate. Quod ſi nō expedit ciuitati hanc cupiditatem habere: neq̄ꝫ mercatū certe huiuſmodi debet recipere.

❡ Docet vitare nocumenta que videnť ſequi ex dicta cōicatione. Duo aūt illa que tangebant̃ ad vnū videbant̃ reduci: ꝙ eniꝫ aliqui nutriti in alijs legibus: aut multitudo negociatoꝝ aduenientiū per mare noceant ciuitati: hoc ē inq̄ntum diſtrahant ciues ab ordine ciuili: ⁊ ideo ſimul docet vtrāq̄ꝫ vitare. Et circa hoc duo facit: qꝛ pⁱmo inq̄rit vſq̄ꝫ ad q̄ntum querenda eſt in ciuitate negociatio. Scđo cum dicit. (Nā ⁊ nūc.) docet vitare predicta nocumenta. Circa pⁱmū eſt intelligendū: ꝙ negociatio in ciuitate q̄rit̃

propter

ꝓpter cōmutationē neceſſarioꝝ ad bene viuendū: hꝫ aūt cōmutatio q̄rit̃ ꝑꝑ per ſe ſufficientiā vite: ideō negociatio in ciuitate ad hoc vſqꝫ querenda eſt per ſe: qḋ facit ad per ſe ſufficientiā ipſius ⁊ non amplius: ſicut ea que ſunt ad finem q̄runt̃ ſm ꝙ cōpetunt fini: ⁊ ꝓpter hoc non eſt q̄renda ꝑꝑ alios principaliter. Dicit igit̃ ꝙ ciuitatē que nō ſibi ſufficit in oībus ad bene viuendū expedit eſſe negociatiuam ſibi: hoc eſt ſm ꝙ facit ad per ſe ſufficientiā ipſi⁹: ſed non alios .i. non ad per ſe ſufficientiā aliaꝝ ciuitatū vel regionū principalr̃. Illi aūt qui exhibent ſe negociatiuos ad oēs quaſi facientes foꝝ oium in ꝓpria ciuitate faciūt hoc gr̄a acq̄ſitiōis diuitiaꝝ: nimis reputātes diuitias ꝑcioſas: qḋ eſt nociuū reip. recte. Ciuitatē igit̃ illā quā non opꝫ ꝑticipare acq̄ſitionē ſupfluaꝝ diuitiaꝝ: non opꝫ recipe ſuperexcedentem multitudinē negociatoꝝ: ſed tātā q̄ntā facit ad per ſe ſufficientia vite. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Nam ⁊ nunc q̄dem videmus multis regionibus ⁊ ciuitatibus ſtationes ac portus opportune iacere: vt neqꝫ intra vrbem ſint: neqꝫ valde diſtantes: muriſqꝫ circūdari ⁊ alijs huiuſcemodi munitionibus. Claꝝ eſt ꝙ ſi q̄d boni proueniet ex tali cōione: ciuitas id bonū ſuſcipiet: ſin aliquid mali: caueri ab eo facile erit ꝑ leges iubentes ac determinantes quos opꝫ: ⁊ quos non oporteat inuicem admiſceri.

ℭ Docet vitare nocumenta ꝑdicta: dicens ꝙ ſic faciendū eſt in ciuitate bn̄ ordinanda circa cōicationē ad mare: ſic̄ videmus ⁊ exiſtere in regionibus ⁊ ciuitatibus bene ordinatis ⁊ ꝓpinqs ei: ſic aūt videmus ꝙ in talibus ⁊ regionibus ⁊ ciuitatibus municipiū ciuitatis diſtantiā q̄ndā hꝫ a mari: ita vt ſtationes ⁊ portus in q̄bus recipiunt̃ negociatores ſint diſpoſita apte inter ciuitatē ⁊ mare: ita vt ipſa ciuitas non occupet̃ a mari: nec ſit valde longe ab eo: ſꝫ ſint muri ⁊ alie munitiōes vel caſtra interiacētia ciuitati ſuburbio: ſilr̃ faciendū eſt in ciuitate fienda ad votū ſi poſſibile eſt. Māifeſtū eſt .n. ꝙ ſi ita ſe hn̄t ⁊ mare fuerit ſic ꝓpinquū ciuitati vt dictū eſt: ꝙ ſi aliqḋ bonū poſſit ɔtingere ꝑꝑ cōicationē ad mare inerit ciuitati ſic diſpoſite: ſi aūt ad nocumentū poſſibile ſit euenire: id cauendū eſt per leges diuerſas determinātes: quos opꝫ recipe ad municipiū: ⁊ quos nō opꝫ ⁊ vſqꝫ ad q̄d ⁊ q̄bus opꝫ ɔiungi ꝑ matrimonia ⁊ q̄bus nō ⁊ q̄uō. Sic igit̃ appꝫ ꝙ ciuitatē eſſe cōiunctā mari oīo nō expedit: tū ꝑꝑ dicta nocumēta q̄ Ariſ. tangit: tū q: magis egrotatiua eſſet: ⁊ ꝑꝑ alia multa: nec ēt expedit eā eſſe nimis remotā: multas .n. ab eo recipit vtilitates ſicut ipſe tangit: ⁊ ſic medio mō expedit eā poni ad mare vt vtilitates que a mari ſunt inde recipiat deſucili: ⁊ incōmoditates poſſit vitare. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ De nauali aūt potētia ꝙ melius ſit eā hr̄e vſqꝫ ad aliquā quātitatē manifeſtū ē: nō ſolū .n. ſibijpſis ſꝫ finitimis q̄buſdā opꝫ ⁊ auxiliari poſſe: ⁊ eſſe terrori queādmodū terra: ſic ēt mari.

ℭ Inquirit de potētia ⁊ turba nauali q̄uō ciuitas ſe hꝫ ad eas: ⁊ circa h̄ duo facit. Primo .n. māifeſtat ꝙ potētia naualis vſqꝫ ad aliquē terminū expedit ciuitati. Scḋo cum dicit. (Turbā v̄o ⁊c̄.) Oñdit ꝙ turba naualis nō dꝫ eſſe pars ciuitatis: q̄uis neceſſaria ſit. Circa p̄m ꝑoñdit ꝙ potentia naualis expedit ciuitati. Scḋo cū dicit. (Magnitudo aūt ⁊c̄.) declarat vſqꝫ ad quē terminū. In p̄ ꝑte dicit ꝙ de potētia nauali q̄ ordinat̃ ad bellū ꝑ mare māifeſtū eſt ꝙ optimū eſt ipſam ineſſe ciuitati bn̄ ordinate vſqꝫ ad aliquē terminū multitudis: q̄m expedit ciuitatē nō ſoluꝫ ſibi ipſis viuere: ſꝫ ēt ad alios. puta vicinos debellādo eos ſi iuſtū ſit eis ſeruire: aut ꝓhibēdo inſultus eoꝝ ſi velint eā bellare iniuſte. Quapropter opꝫ ꝙ ſint terribiles eis ⁊ poſſint ſe auxiliari multiplr̃ ɔ̄ eos. Hoc aūt erit ſi hēant potētiā: ſicut ꝑ terrā pedeſtrē: ita ꝑ mare naualē. Expedit igit̃ ciuitati potentiā habere nauticā. ℭ Deinde cum dicit

ℭ Magnitudo aūt ac multitudo huius potentie ad mores ciuitatis erit accōmodanda: nam ſi ea fuerit ciuitas que magnā ꝑſtantiā ⁊ auctoritatemqꝫ habere conſueuerit: neceſſariū erit hanc potentiam rebus eſſe conformem.

ℭ Declarat vſqꝫ ad q̄d dicens ꝙ de multitudine ⁊ magnitudine potētie naualis vſqꝫ ad quē terminū expediat ciuitati ɔſiderādū eſt inſpiciendo ad vitā .i. ad finē ꝑ ſe intētū in ciuitate. Illud .n. qḋ ordinat̃ ad finē intentū q̄rendū ē: inq̄ntum vtile eſt ad ipm̄ ⁊ nō amplius. Si igit̃ finis alicuius ciuitatis ſit vita ducalis ⁊ ciuilis: h̄ eſt finis ad quē ordinat̃ ducatus exercitus .ſ. ſubiugare alios ⁊ ciuilr̃ regere illos: tūc potētia naualis dꝫ eſſe cōmēſurata: ita vt tāta ſit vt ꝑ ipſam ⁊ pedeſtrem potentiā poſſint debentes ſibi ſeruire debellare: ⁊ inſurgentes in eos repellere: nō maior neqꝫ minor ſm ꝙ poſſibile eſt. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Turbā v̄o nauticā ⁊ hmōi hoīum multitudinē nō neceſſariū ē ciuitatib⁹ exiſtere: nulla .n. ciuitatis ꝑs h⁹ hoīes eē debēt: nā pugnatores q naues ɔſcēdūt igenui ſūt hoīes: terra quoqꝫ militare ɔſueti: hi ꝑſūt nauali turbe ⁊ iperant.

ℭ Declarat ꝙ turba nautica nō dꝫ eſſe ꝑs ciuitatis. qḋ p̄mo facit. Scḋo cū dicit. (Exiſtēte v̄o multitudine ⁊c̄.) declarat ꝙ eſt neceſſaria ei. In p̄ma ꝑte dicit: ꝙ multitudinem hoīum q̄ eſt circa turbā naualē nō expedit ineſſe ciuitatib⁹ ſicut ꝑtē: neqꝫ ipſos nauticos opꝫ eſſe ꝑtē ciuitatis: ſuperexceſſiuos .n. in iniurijs ⁊ qui volūt eſſe liberi oino a ſubiectione quacūqꝫ: ⁊ q ſunt pedeſtres ad virtutē deficientes ab ipſa nō debēt eſſe ꝑs ciuitatis: q̄m illos q ſūt ꝑs ciuitatis opꝫ eſſe non iniurioſos ⁊ ſubijci in parte ⁊ ordinabiles ad virtutē. Nautica aūt turba que dñat̃ nauigio ⁊ obtinet ipm̄ h⁹ eſt: q: iniurioſa eſt ⁊ ſubijci non vult ⁊ deficit a virtute ſicut frequenter ⁊ in pluribus: ergo nō expedit eam eſſe partem ciuitatis. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Exiſtēte v̄o mltitudie tenuis fortune hoīuꝫ q circa nos hitāt: ⁊ agricolaꝝ q in regiōe rē ruſticā exercēt neceſſariū eſt abundātiā eſſe nautaꝝ: videmus ēt nunc iſtud fieri in q̄buſdā ciuitatibus: ceu Heracleote multas implent triremes vrbē poſſidentes magis exiguā q̄ꝫ ceteri.

ℭ Declarat ꝙ multitudo naualis neceſſaria eſt ciuitati dicens ꝙ cū in ciuitate ſit multitudo ſeruoꝝ ⁊ tenuioꝝ hoīnū: neceſſariū eſt in ipſa exiſtere multitudinē agricolarū excollētiū terrā regiōis ⁊ multitudinē nautaꝝ. Et h̄ q̄dē appꝫ ꝑ inductionē. Sic .n. videm⁹ in plibus ciuitatib⁹ bn̄ ordinatis: ⁊ ſpālr̃ in ciuitate Heracleotaꝝ. Quāuis .n. ciuitas eoꝝ ſit ɔ̄ctior .i. minor ſm multitudinē multis aliis multas p̄rit de viris nauticis ordinatis ad bellū iplere triremes .i. naues triū ordinū remoꝝ. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ De regione igit̃ ⁊ portibus ⁊ vrbibus mari ⁊ nauali potentia in hunc modum determinatuꝫ ſit: de multitudine quoqꝫ ciuitatis: quā de

terminationem habere decet prius diximus.

⸿ Recapitulat determinata: dicẽs ꝙ iaȝ i ꝓcedentibus dictum eſt de regione quãtam ⁊ qualẽ opꝫ eam eſſe: ⁊ d̃ portu ⁊ ciuitate qualiter ſe debeat hr̃e ad mare: ⁊ de potentia nautica qꝺ neceſſaria eſt ciuitati ⁊ vſqȝ ad qd. Prius autẽ dictũ fuit de multitudine ciuili quantã opꝫ eaȝ eſſe ⁊ vſqȝ ad quem terminum expediat ciuitati bene ordinate.

Nunc aũt quales natura ciues eſſe opꝫ a nobis dicet̃: forſan id vero deprehẽdet quis ſi inſpiciat ad ciuitates grecoruꝫ: que bene gubernari dicunt̃: ⁊ ad totum terrarum orbem: vt a gentibus varijs incolitur. Lectio. V.

⸿ Poſtq̃ pħs de ciuili multitudine determinauit: tranſit nunc ad ingrendum quales ſm naturam oporteat eẽ gubernãtes recte: ⁊ circa hoc primo premittit intentionẽ ſuam cum ordine ꝯſiderandi. Scđo cum dicit. (Nam q̃ frigidas ⁊c̃.) proſequit̃. Tertio cum dicit. (De hoibus igit̃ ⁊c̃.) recapitulat dicta. In pᷓma parte ipſe dicit ꝙ determinato de his que ſupponenda ſunt ex parte magnitudinis ciuitatis in generali: reſtat conſequenter dicere plures ſꝫ naturalem diſpõnem oporteat eſſe futuros bene gubernare qꝺ ſecundo proponebat̃ prius inquirendũ. Fere aũt fiet hoc manifeſtũ: ſi aliq̇s voluerit ꝯſiderare inſpiciẽdo ad ciuitates Grecoꝝ quas dicim⁹ bene gubernare: ⁊ ẽt ad totum orbẽ terre: ſm ꝙ eſt occupatus gentibus ⁊ ciuitatib⁹ conſiderando diſpõnes naturales eaꝝ: ex iſtis. n. aliqualiter poterit concludi intentum. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Nam que frigidas regiões incolunt gentes: ⁊ que per Europam aio quideꝫ abundant: ingenij vero ⁊ artificij parũ habẽt. Quapropter in libertate magis ꝑſeuerant: diſciplinam vero reipublice difficulter recipiunt: ac finitimis dominari non pñt. Que vero Aſiã incolunt ingenio ⁊ arte abundant: ſed animoſitatem non habent: propter quod ⁊ parere dominantibus ⁊ ſeruire perſeuerant.

⸿ Proſeq̇tur ⁊ circa hoc primo ꝓmittit diuerſas diſpõnes regionuꝫ ad gubernandũ. Scđo cum dicit. (Patet igitur ⁊c̃.) Ex hoc infert: ⁊ circa primũ adhuc primo tangit: qui ſunt inepti ad gubernandũ nãliter. Secũdo cũ dicit. (At grecoꝝ genus.) qui ſunt apti magis. Circa primũ eſt intelligendũ ꝙ q̃uis intellectus ꝑ ſe non cõicet corpori in operatione ſua: cõicat tñ corpori cõicanti ſm cõmentatorem libro de anima. Quicq̇d enim intelligit in fantaſmatibus ſenſibilibus intelligit: q: cũ ſpeculat̃ neceſſe eſt ſimul fantaſma aliquod ſpeculari. Fantaſmata aũt in actu ſenſibilia ſunt in actu: ſicut dr̃ȝ⁹ de aia. Senſibile ṽo i actu ⁊ ſenſus i actu ſunt vnũ in actu: ⁊ iđ ſm diuerſam diſpoſitionẽ ſenſus in actu diuerſimode diſponit̃ intellectus ad intelligendũ. Senſus aũt in actu diuerſimode diſponit̃ ſm diuerſitatẽ organi ⁊ ſpiritus: ſpecialiter in ſubtilitate ⁊ groſſicie: in quo primo vident̃ ſigillari forme ſenſibilium. Et ideo ſꝫ diuerſificatẽ ſpũs in groſſitie ⁊ ſubtilitate: ⁊ alijs hõ diuerſimode diſponit̃ intellectus ad intelligendũ: ita vt qui hñt ſpũs ſubtiles ⁊ claros bene repñtatiuos formarũ ſenſibiliũ bene nati ſunt intelligere. Qui aũt groſſos ⁊ turbidos preue. Multitudo ẽt ſpirit⁹ naturalis ⁊ ſanguinis: ⁊ per ꝯñs caliditatis facit hoies robuſtos. Robur enim facit ſpũs ſm pħm libro de ſomno. Et multitudo calidi animoſos ⁊ exceſſiuos: q: calidũ maxime actiuũ eſt inter q̃litates. Habitantes aũt in regionibus calidis caliditate regionis poros aperiente exalat humidũ trahens ſecũ calidum intrinſecũ: ⁊ ideo ſunt pauci ſanguinis ⁊ caliditatis. Spũs aũt ⁊ ſi paucos hẽant claros tñ ⁊ mũdos hñt: ⁊ iđ bene intellectiui ſunt. Habitantes aũt in frigidis frigiditate extrinſeca poros ꝯcludẽte fortificat̃ calidũ intern⁹: ⁊ ſunt fortis digeſtionis ⁊ plurimo indigent cibo. Spũs autem multos hñt ꝓpter multitudinẽ calidi: groſſos tamẽ propter groſſitiem ⁊ multitudinem alimenti: ⁊ ꝓpter minorem exalationẽ. Et ideo ꝓpter abundantiã caliditatis ⁊ ſanguinis aioſi ſunt: ꝓpter groſſitiem aũt ſpũum ⁊ turbulentiam minus intellectiui. Qui aũt habitant in temperatis regionibus medio'mõ ſe hñt ad iſtos mediocriter diſpoſiti ad aioſitatẽ ⁊ ad oꝑationeꝫ intellectus. Hoc ſuppoſito: dicit ꝙ habitantes in regionibus frigidis: ⁊ circa Europam que eſt regio ꝓtenſa ad aq̇lonẽ in parte remota a via ſolis ſunt nãliter aioſi ꝓpter abundantiã ſanguinis ⁊ caliditatis ꝓpter cãm dictam: in intellectu aũt ſpeculatiuo. ſ. arte: hoc eſt intellectu factiuo inueniuntur deficiẽtes magis: ⁊ iđ q: aioſi ſunt ⁊ potentes libere viuunt in regionibus ꝓprijs: potentes ⁊ audentes repellere inſultus inſurgentiũ: neſciunt aũt bene gubernare nec principare vicinis ꝓpter defectũ intellectus ⁊ ꝓudẽtie: que requirunt̃ ad bene gubernandũ ⁊ principandũ recte. Habitantes autẽ in regionibus calidis: ⁊ circa Aſiã: que eſt regio ꝓtenſa ad meridiẽ ꝓpe viam ſolis: bene intellectiui ſunt ⁊ artificioſi multũ ſm aiam ꝓpter ſubtilitatẽ ⁊ mundiciã ſpirituũ in eis cã ꝓdicta: tñ timidi ⁊ ſine aioſitate ſunt ꝓpter defectum ſanguinis ⁊ caliditatis nãlis: ⁊ iđ ſubiecti ſunt ⁊ ſeruiunt alijs non audentes potentes repellere debellãtes: niſi forte aliq̇ȝ per fraudeꝫ ⁊ dolũ excogitata per intellectũ quem habent ſubtilem. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ At grecoꝝ genus vt mediam regionem locorum ſortitum eſt: ſic etiã amborũ ẽ particeps: nam ⁊ animoſum ⁊ ingenioſum eſt. Ex quo fit vt in libertate degat: ⁊ diſciplinam reipublice optime recipiat: ⁊ vnius reipu. ꝯſtitutioneꝫ ſortituꝫ imperare oibus poſſit. Eandem quoqȝ drĩam hñt Grecoꝝ gentes inter ſe: q̃daꝫ. n. habẽt naturã ad vnũ illoꝝ: quedã vero ꝑmixte ac temperate ſunt ad vtranqȝ illaꝝ potentiarum.

⸿ Declarat qui ſunt magis apti dicẽs ꝙ illi qui mediũ locum tenent inter ꝓdictas regiones Europã ⁊ Aſiam ſicut genus Grecoꝝ: ſicut mediũ tenẽt ſm locũ: ita ⁊ ſm diſpõnes. Non. n. tm̃ eſt frigidũ apud eos: ſicut in ſeptẽtrione: nec tm̃ calidum ſicut apud eos q̇ circa Aſiam: ⁊ iđ tẽperati exiſtentes ſm calidũ ⁊ frigidũ ãbobus participant: ſunt enim intellectiui: minus tñ q̃ circa Aſiã: ⁊ ẽt aioſi minus q̃ qui circa Europã: ⁊ iđ permanent liberi in regione ſua potentes ⁊ audentes aliqualr̃ repellere debellãtes: hñt ẽt nati ſunt gubernare inter ſe ⁊ principari alijs ſm aliqueꝫ vnã rẽp. ꝓp vigorẽ intellectus ⁊ rõnis in eis. In ipſa etiam regione Grecie inuenit̃ drĩa gentis alicuius ad alias in eadem regione que totius Grecoꝝ ad duas ꝓdictas: ita ꝙ in aliqua eius ꝑte habitantes hñt nãꝫ quaſi vnius membri vel diſpõnis vnius: puta q: accedunt ad ſeptẽtrioneꝫ magis inter Grecos: magis aioſi ſunt inter ipſos nãliter. Habitantes autem in alia parte alterius diſpoſitionis ſunt: ſicut habitantes in parte ꝓpinquiori Aſie magis intellectiui ſunt inter eos. Alij aũt ſunt bene mixti ſiue ꝓportionati ad vtraſqȝ potentias iſtas. ſ. intellectiuã ⁊ aiatiuã: ſicut

illi qui

illi qui magis accedūt ad mediū per eque diſtātia. Sed ꝯtra iſta argueret aliqs rōnabilr. ꝙ cū ea que ſunt nālia ſemꝑ vel in plurib⁹ eodē mō ſe habeāt: ſi greci ſunt nati ꝓncipari alijs: nō āt illi q circa aſiā vel europā: ſequeret̄ ꝙ greci ſemꝑ vl' in maiori pte ꝓnciparent̄ alijs ⁊ alij nō ipſis: cui⁹ ꝯriū appet ex hiſtorijs antiquoꝝ: calidi. n. ⁊ per ſe q ſunt circa aſiā multo tpe dn̄ati ſunt ipſis ⁊ vicinis eorū monarchiā tenētes. Silr romani q circa europā ſunt plurimo tpe dn̄ati ſunt grecis ꝙ̄ ecōtrario: diuturnior. n. fuit monarchia romanoꝝ ꝙ̄ grecorū. ergo videt̄ ꝙ ipſi nō ſint nati ꝓncipari alijs: ſ; magis ecōtrario. Ad hoc eſt itelligēdū ꝙ diſpōnes nāles rerū nāliū q̄ ſunt hic reducunt̄ in diſpōnē celeſtē: ſic dicit phs in pmo metheoroꝝ dicēs. Eſt āt ex neceitate ꝯtinue iſte mūdus ſupioribus lationib⁹: vt ois ſui virt⁹ gubernet̄ ide. vn̄ mot⁹ pn̄m oibus illā cām putādū eē. et hoc ſatis oñdit. 8. phicoꝝ. Diſpoſitio āt celeſtis ꝑ cōpationē ad ea q̄ ſunt h' duplex eſt. vna cōis q̄ attēdit̄ ſm ꝓpinqtatē vel remotionē a via ſolis q maxie mouet iſta iferiora. Et ſ; hoc qdā hic exiſtes ſunt calidi: qdā fridi: qdā tēperati: ⁊ iclinant̄ ad ea ad q̄ iſta diſponūt: ⁊ q̄tū eēt de iclinatiōe nāli grecoꝝ in tali diſpōne magis tēperati eēnt nā ⁊ magis attingerēt ad vtrūq; dictoꝝ ꝓus. ſ. aioſitatē ⁊ intellectū ꝓportionalr: ⁊ magis nati eēnt gubernare ⁊ ꝓncipari alijs ⁊ ſeptētriōales magis aioſi d̄ficiētes itellectu: q āt circa aſiā ecōtrario. Alia āt eſt diſpō celeſtis in ordine ad ea q̄ ſunt hic q̄ attendit̄ ſm figurā ſtellarū erraticarū ad ſeinuicē ⁊ ad fixas: ⁊ in ordine ad ea q̄ ſunt h': ⁊ iſta diſpō vel iſta figura cōtinue alia ⁊ alia eſt aliq̄ mō: q̄uis nō ſenſibilr h' appeat. ⁊ reſp⁹ alteri⁹ ⁊ alteri⁹ loci alia ⁊ alia: ita ꝙ ſi reſpectu hui⁹ regionis ſit nūc talis figura celeſtis: ꝯſilr in alio tpe erit alia: ⁊ ſi reſpectu hui⁹ regiōis ſit talis: reſpectu alteri⁹ erit alia: Si igr̄ aliq̄ diſpō iſit alicui ciuitati vl' regiōi ex tali figura celeſte durāte figura inerit diſpō illa nālr: ⁊ ſm hunc modum pōt dici ꝙ greci ex figura celeſti tali aliqñ nati fuerūt bene gubernare ⁊ ꝓncipari alijs: aliqñ āt alij: puta caldei vel romani: ⁊ ſi iſta figura nō ꝑmanet nūc: nunc nō ſūt nati ad eadē: ſ; ad alia ſ; exigētiā figure nūc exñtis. ¶ Alteri⁹ ēt itelligēdū eſt ꝙ diſpō ciuitatis vl' regionis nālis nō tm̄ ꝯſiderat̄ ex figura celeſti abſolute: ſed ēt ex diſpōne ꝓprā regiōis ciuitatis ſm habitudinē quā hʒ ad mōtes vel mare vel loca paludoſa vel mūda. Uirtus. n. figure celeſtis nō recipit̄ in ꝯtēto niſi mediāte ꝯtinente ꝓximo. Et ſm hoc pōt ꝯtingere ꝙ q̄uis ciuitas vel regio ſit frida nāliter ⁊ iclinet̄ ad ea q̄ diſponit fridū: q̄tū eſt ex diſpōne figure celeſtis cōis: tn̄ ſm diſpōnē regiōis ꝑ cōparationē ad mōtes vel mare ꝯtingit eā eē calidā excellēter: aut ēt tēꝑatā vel ecōtrario. Ex quo ꝯtingit ꝙ q̄uis exiſtes in aliq̄ regiōe nō iclinent̄ ad gubernādū bene ex figura celeſti cōi: tn̄ ex ſpāli diſpōne ipſi⁹ hoc pōt ei cōtingere. Tertio eſt itelligēdū ꝙ vi⁹ celeſtis cū ſit mālis ⁊ corporea: itellus aūt imālis ⁊ ſeparat⁹ nō agit ꝑ ſeipm: ſ; tn̄ ꝑ acciñs īquātū depēdet ex ſenſu: ⁊ iō itellus ⁊ volūtas nō neceſſitant̄ in opatiōibus ſuis a v̄tute celeſti ꝑ ſe. Unde pōt ꝯtingere ꝙ q̄uis aliq̄ ex v̄tute celeſti vel nāli diſpōne nō iclinent̄ ad gubernādū: nec ad opatiōes itellectus vel v̄tutis: ſi tn̄ ꝑ electionē intēdāt ſtudio ſapiētie ⁊ exercitio v̄tutū ꝯtinget eos eē itellectiuos ⁊ bn̄ gubernātes: ⁊ ecōtrario ſi bn̄ nati ad iſta ocio ⁊ exercitio in malis opatiōib⁹ deficiēt inſipiētes ⁊ male gubernātes ⁊ ſui alioꝝ fiēt. Et hoc forte fuit vna cā deſtructiōis regni romanoꝝ ⁊ grecoꝝ: tenētes. n. monarchiā viuētes in trāqllitate dederūt ſe ocio ⁊ voluptatib⁹ carnalibus ⁊ auaritie nolētes vacare ſapie: ⁊ iō facti min⁹ itelligentes ⁊ minus exercitati in actionib⁹ ciuilib⁹ ⁊ bellicis nō potuerūt gubernare nec ꝓncipari bene alijs: ⁊ iō rebellauerūt ſubiecti ipſis neſciētib⁹ ⁊ īpotētib⁹ obuiare. Per ꝑdicta apparet ſolutio ad obiectū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Patet igit̄ ꝙ opʒ ⁊ intelligentiam ⁊ vigorē animi natura exiſtere illis q futuri ſint idonei quos legum poſitor ad virtutem inſtituat.

¶ Infert ex ꝑcedētib⁹ q̄les nati ſunt bn̄ gubernare ⁊ ꝓncipari: ⁊ pmo facit hoc. Scdo cū dic. (Naʒ qd de ⁊c.) manifeſtat h' ex dicto q̄rūdā. In p⁹ pte dicit ꝙ q: greci bene gubernāt ⁊ ꝓncipant̄ alijs nālr: ⁊ q: aioſi ſunt ⁊ bn̄ itellectiui. aſiani āt ſui ſunt alioꝝ: q: inaioſi ſunt: q̄uis vigeāt itellectu. Septētrionales āt alijs nō ꝓncipant̄: q: d̄ficiūt itellectu q̄uis ſint aioſi. manifeſtū eſt: ꝙ opʒ eos eē de numero legiſlatoꝝ q debēt eē boni ductores ad v̄tutē ⁊ bn̄ gubernare inter ſe ⁊ ꝓncipari alijs eē aioſos: vt poſſint malos ꝯpeſcere ⁊ debellātes īpugnare: ⁊ bn̄ intellectiuos vt ſciāt ſe dirigere ⁊ alios in opatiōib⁹. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Nam qd de cuſtodib⁹ aiunt qdam oportere vt beniuoli ſint erga notos: erga ignotos vero infeſti. Uigor animi eſt qui beniuolentiam facit: illa eſt enim potentia anime: per quā amamus: ac beniuoli ſum⁹. Cuius rei ſignū eſt ꝙ magis irritat̄ animus contra familiares ⁊ amicos ꝙ̄ contra ignotos: ſi contemptū ſe putet. Quapropter Archilocus recte cuʒ amicos incuſaret ad animū loqtur inquiens. Non tu qdem ab amicis lāceis tranſfixus es. Quod dominat̄ ⁊ qd libertatē ſeruat ab hac potētia animi exiſtit. dominus enim ⁊ inuict⁹ eſt anim⁹.

¶ Probat hoc ex dicto q̄rūdā: ⁊ circa h' pmo ex pte illius dicti oñdit intētū. Scdo cū dicit. (Nec bn̄ ſe hʒ ⁊c.) Reprobat alterā ptē eiuſdē dicti. In p⁹ pte dicit ꝙ illud qd qdā dicūt oñdit ꝙ opʒ bn̄ gubernātes eſſe aioſos. Dicūt. n. ꝙ opʒ cuſtodes alioꝝ ⁊ ꝓncipātes eē amatiuos notoꝝ: ad ignotos āt ſylueſtres ⁊ duros magis. Signū āt pmi ē q: aius hois magis attollit̄ colloquēdo reputās ſe debere magis reputari ab eis reſpectu notoꝝ ⁊ ꝯſuetoꝝ ꝙ̄ reſpectu ignotoꝝ putās ſe paruipēdi. Noti. n. ⁊ ꝯſueti magi reputant̄ amici: ignotus āt q̄ſi nō amic⁹: ⁊ iō diſponit̄ hō ad notū ⁊ ꝯſuetū ſic ad ſeipm: ad ignotos āt ſic ad inimicū. ⁊ pp h' ſic qlibet reputat ſeipm ⁊ magnipēdit: ita vult reputari ⁊ magnipēdi ab amico ⁊ noto. ab inimico aūt ⁊ ignoto putat nō reputari ⁊ puipēdi. Nō aūt ꝙ cuſtodes opʒ eē amatiuos q: anim⁹. i. volūtas eſt q̄ fac̄ hoies amatiuos inuicē. hec. n. potētia ꝓncipiū ē dilectiōis. Propter qd archilocus querelās de amicis diſputat ad animū q̄ſi ad amicū dicēs ꝙ hoies nō ſuſtinēt vulneratiōes a lanceis ab amicis: ſed bona magis. Amare. n. eſt velle alicui bonū pp ipm. Uelle aūt eſt actus volūtatis. q̄ ⁊ diligere. Inclinatio āt ad ꝓncipādū ⁊ ad act⁹ libertatis eſt ab iſta potētia oib⁹ q ad h' iclinant̄: ꝓncipatiuū. n. ⁊ iuincibilē ⁊ liberū dicim⁹ animū: q: ꝓncipari pmo ⁊ ꝑ ſe eſt agere. immediatū āt pn̄m agēdi in nobis eſt anim⁹ ſiue volūtas. ⁊ iō anim⁹ eſt ꝓncipatiuū qd. Libertas aūt eſt q̄ in nā intellectua ꝑ v̄tutē ei⁹ qd ꝓncipale eſt in ea ⁊ in intrinſec⁹ agit in finē ꝓpriū ſm illud idē. Agere āt in nā intellectuali ad finē ꝓximo cōpetit aio ⁊ volūtati ſm Ariſt. 9. meth'. T. c. 16.
Et iō libertas eſt v̄tus q̄dā volūtatis in ordine ad intellectū ꝑcedētē ⁊ finē ſequētē. Si igit̄ animus eſt ſm quem principamur ⁊ liberi ſumus. ⁊ animus eſt quo amamus qd competit principantibus ⁊ cuſtodibus: vt iam dictus

eſt: conuenienter dictum eſt principantes oportere eſſe animoſos. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nec bene ſe habet dicere ꝙ aduerſus ignotos debent eſſe infeſti: nam aduerſus neminẽ eſſe tales opꝫ. Neqꝫ ſunt magnanimi homines natura infeſti: niſi contra iniuriantes: hoc aũt magis contra notos familiareſqꝫ patiunẽ ſi iniuriatos ſibi exiſtimant. Et hoc non ſine ratione contingit. A qbus enim deberi ſibi beneficium expectant ab eiſdẽ nõ ſolũ priuari beneficio: ſed inſup ſe ledi putãt. Vñ i puerbio dicit: fratꝝ ꝯtẽtiões ⁊ ire ſunt acerbiſſime: ⁊ q ſe nimiũ amãt: hi ſe nimiũ oderũt.

¶ Reprobat alterã partẽ dicti alioꝝ dicẽs ꝙ nõ ꝯuenienter dicũt in eo qð aiũt ꝙ pncipãtes vel ſupiores in ciuitate opꝫ eẽ infeſtos ⁊ diros ad ignotos: nõ.n. expedit ad aliquẽ hoiem bonũ eſſe tales: qꝛ facto ⁊ vbo expedit magis ſe reddere amabiles. viri ẽt magnanimi q ſunt digni pncipari nõ ſunt ſeueri ſeu diri ad aliquos niſi ꝯtra iniuſtos: qꝛ nõ expedit eos eẽ diros niſi eis q ꝯriant eis ſꝫ ꝙ hõ. Ipſi aũt ſm ꝙ hõ vtuoſi ſunt ſic debẽt eſſe: magnani-
Cap. 8. mitas.n. eſt ornat᷑ vtutũ: vt dr̃. 4. eth. Virtuti aũt ꝯriat malitia ſeu iniuſtitia ſm ꝙ iniuſtitia ſe extendit ad oẽm malitiã. Magis aũt diri ſunt ad notos ſeu amicos ſi fuerint mali ſiue putẽt ſe iniuſte pati ab eis: ⁊ hoc rõnabilr faciũt: ſi.n. ab amicis iniuſte patiunẽ nocumẽtũ reportãt ab eo a quo credebant ſe iuuari debere te ipſo puanẽ: pp qð indignanẽ magis: amicus.n. eſt velut alter ipſe: vt dictũ eſt. Et iõ ſicut aliqs ad ſeipm diſponiẽ: ita ad amicũ. A ſeipſo aũt expectat vnuſqſqꝫ bonũ ⁊ nõ nocumẽtũ pp qð ⁊ ab amico: vnde ſi putet reportare nocumẽtũ: idignatur. ⁊ qͣto magis amic᷑: tãto magis credẽ teneri ad beneficẽtiã ⁊ iõ dr̃ puerbialr ꝙ fratrum inimicitia crudelis eſt valde: ⁊ ꝙ illi q valde diligũt ſeinuicẽ fiunt valde ini-
T. cõ. 3. mici ex caſu: ſicut eadeꝫ fiunt calidiſſima. ⁊ frigidiſſima dicit Ariſt. q̃rto metheoroꝝ. Dicim᷑.n. de magno amico magnũ inimicũ fieri. Sic igr̃ nõ expedit magnanimũ vl̃ pncipantẽ eſſe agreſtẽ ad aliquẽ: niſi ad iniuſtũ: ⁊ magis ſi fuerit amicus prius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De hoibus qdẽ igiẽ qui in rep. futuri ſint: ⁊ quot eẽ opꝫ: ⁊ q̃les natura: ⁊ de regione quantam ⁊ q̃lẽ fere determinatũ eſt. Non.n. eadeꝫ certitudo querẽda eſt in his que per rationes: ⁊ in his que fiunt per ſenſum.

¶ Recapitulat dicẽs ꝙ de iudicãtib᷑ determinatum eſt quot opꝫ eſſe ſm multitudinẽ in ciuitate ordinata ⁊ q̃les ſm nãlẽ diſpõnẽ. Iterũ de regiõe dctũ eſt ⁊ equaleꝫ opꝫ eã eſſe ad bene iudicãdũ p rõnes veriſimiles: ⁊ ꝯcordantes ſenſui. Nõ.n. eãdẽ certitudinẽ opꝫ q̃rere eoꝝ q̃ ſunt manifeſta ratione ſola nõ conueniente vſquaquaquam ſenſui: ⁊ eorum qui conueniunt cum ſenſu.

Cum aũt vt alioꝝ ſm nãm ꝯſiſtentium non he ſunt ptes totius ꝯſiſtẽtie ſine qbus totũ eẽ nõ põt: palã ꝙ nec ciuitatis ponẽdũ eſt eẽ ptes q̃cũqꝫ ciuitatib᷑ exiſtere: nec alio opꝫ ne alteri᷑ cuiuſqꝫ cõionis: ex q̃ ſit vnũ aliqð gen᷑. Lec. VI.

¶ Poſtq̃ phs inquiſiuit de his que ſupponenda ſunt ad remp. rectã ex pte mãe remotẽ. Ingrit nũc de his q̃ ſupponẽda ſunt ex pte ꝓpinque. Ciuitatis aũt mã ꝓpinq̃ eſt duplex. Vna ꝓprie ſicut liberi pncipãtes ⁊ ſubiecti q attingũt ad ciuilitatẽ. Alia aũt domus ⁊ edificia ciuitatis ⁊ regionis q̃ magis ſe habẽt in rõne organi. Diuidiẽ igitur ps in duas: qꝛ pmo ingrit que ſunt ptes ciuitatis ꝓprie dicte. ſcdo de edificijs ⁊ domibus ⁊ diſpõne ciuitatis ⁊ regionis cũ dicit. (Vrbs aũt ⁊c̃.) Adhuc in pma pte oñdit pmo q̃ ſunt nec̃ia ad ꝯſiſtentiã ciuitatis. Scdo cũ dicit. (Determinatis aũt ⁊c̃.) ingrit que eoꝝ ſunt ptes ciuitatis. Circa pmũ adhuc oñdit ꝙ nõ oĩa que regruntẽ ad ꝯſiſtentiã ciuitatis ſunt ptes ipſius. Secundo cũ dicit. (Cũ vo ⁊c̃.) declarat q̃ exigũtẽ ad ꝯſiſtentiã ei᷑. Primũ oſtẽdit duab᷑ rõnib᷑. Scdam ponit ibi. (Vnũ.n. ⁊c̃.) In prima parte dicit ſicut eſt in his que fiunt ⁊ conſtant ſm naturam ita in ciuitate eſt que a nã inclinãte ⁊ rõne pficiẽte. In his aũt que fiunt ⁊ ꝯſtant nã nõ oĩa q̃ regruntẽ ad ꝯſiſtentiam ipſoꝝ ſunt ptes illoꝝ: ſed q̃dã ſunt ſicut mã. quedaꝫ aũt ad ornatũ: ⁊ q̃dã ad alia: ſicut in aĩali alimentum ⁊ humores nõ ſunt partes in actu: ſed ſicut materia pili aũt ad ornatum ſunt ſeu ad protectionem. Sudores aũt ſicut decidentia a natura. ergo manifeſtũ eſt ꝙ neqꝫ ciuitatis: neqꝫ cõmunicationis alterius cuiuſcũqꝫ ex pluribus ex qbus fit aliqð vnum in rõne oĩa dicenda ſunt partes ſine qbus nõ exiſtũt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vnũ enim qd ⁊ cõe eſſe debet cõmunicantibus ſiue equale ſiue inequale ſuſcipiant: ceu ſi alimentũ id ſit: ſiue agri quãtitas: ſiue aliud tale. Sed qñ hoc gratia huius: hoc aũt non gratia nihil in his cõmune: ſed aut huic qdem facere: huic aũt accipere. Dico aũt veluti organo omni ad id opus qð fit: ⁊ opificibus. Domui enim ad edificatorẽ nihil eſt qð fiat cõmune: ſꝫ eſt domus gratia edificatorũ ars. Quapropter poſſeſſione quidẽ indiget ciuitas: nulla tamẽ ps ciuitatis eſt poſſeſſio. Multa vero animata ſunt poſſeſſionis partes. Ciuitas aũt cõmunio quedam eſt ſimilium gratia vite vt maxime fieri põt optime.

¶ Ponit ſcdam rõnẽ ad idẽ q̃ eſt hec: oĩum ptiũ p ſe alicuius tot᷑ eſt ad vnũ cõe: per quẽ determinantẽ ⁊ ſunt: ⁊ hec eſt forma tot᷑. Et ad hoc attingũt oẽs ſiue equaliter ſiue inequalr per trãſmutationẽ factã ad illud ex aliqua mã ſiue illa ſit alimẽtũ: ſicut in aĩalib᷑ ⁊ plãtis: ſiue multitudo hoĩum in regiõe: ſicut in ciuitate: vel aliqd aliud ſicut in qbuſcũqꝫ alijs: qñ vo aliq̃ plura ſic ſe hñt ꝙ vnũ eſt grã alteri᷑ vt finis. alterũ aũt eſt ſicut finis ipſoꝝ non aliqð vnũ cõe ſm rõnẽ: ſed ad alterũ iſtorũ ptinet attingere aliqð pncipalr. Ad alterũ aũt attingere accipiendo virtutẽ ab alio ſicͭ ſe hꝫ organũ ad opus factũ: ⁊ ad agẽs pncipale: qb᷑ nõ eſt aliqd cõmune ſm rõnẽ: ſicut domui ⁊ edificatori nihil eſt cõe ſm ꝙ hõ: ſed ars edificatoria ⁊ organa edificãdi ſunt pp ipſam domũ. Igiẽ quoꝝ vnum eſt grã alteri᷑ ſm ꝙ hõ nõ ſunt ptes alicui᷑ vni᷑. Poſſeſſio vo in ciuitate eſt grã poſſidẽtis: q̃uis igiẽ ſit nec̃ia ciuitati nõ erit aliq̃ ps ciuitatis: cui᷑ ptes ſunt poſſidẽtes p ſe: ſꝫ multa ſunt aĩata q̃ ſunt poſſeſſio alteri᷑: ſicͭ iumẽtuꝫ ⁊ ſu᷑ qui eſt organuꝫ aĩatũ alterius poſſeſſio exiſtẽs: ſine quibus tñ nõ eſt ciuitas. ergo multa ſunt in ciuitate que nõ ſunt partes ipſius. Ciuitas enim eſt cõmunitas q̃daꝫ ex pluribus ſimilibus ſm naturaꝫ cõpoſita gratia per ſe

ſufficientis ⁊ optime vite. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cum vero ſit felicitas optimum: ipſa tamē virtutis operatio: ⁊ vſus qdam ꝑfectus. Cōtingat aūt ita vt aliqui illius recipiant participationē: alij parum aut nihil. Manifeſtuꝫ eſt ꝙ hec eſt cā q̄re ciuitatis ſpēs directe exiſtunt. Pluresq̄ꝫ rerump. forme per alium eniꝫ modū ⁊ alijs vijs ſinguli hoc appetētes: ⁊ alios viuēdi modos fecerūt: ⁊ al's reip. diſciplias.

¶ Intēdit declarare q̄ ſunt neccaria ad ꝯſiſtētiā ciuitatis. Et circa h̄ pͥmo tāgit ex qbus ſumit̄ diuerſitas rerump. ⁊ ciuitatū. Scdo cū dicit. (Cōſiderādū ⁊c.) Ex qbꝰ ſumit̄ nūerꝰ eoꝝ q̄ ſunt neccia ad ciuitatē. Tertio cū dicit. (Primo qdē ⁊c.) Sumit eoꝝ nūerū. In pͣ pte eſt itelligēdū ꝙ rō eoꝝ q̄ ſunt ad finē ex fine ſumit̄: ⁊ iō diuerſitas eorū pͥmo eſt ex diuerſitate finis: deinde ex diuerſo mō ſe habēdi ad ipſꝫ. finis āt ciuitatis felicitas eſt: ⁊ iō dicit qm̄ felicitas eſt optimū qđ itendit̄: ſicut finis in ciuitate. felicitas āt eſt opatio ſꝫ virtutē ꝑfectā ⁊ exercitiū illiꝰ ꝑfectū. ⁊ ꝯtingit aliquos iudicātes attingere ad hꝰ opationē ꝑfectā. Alios āt ꝯtingit attingere modicū. Alios āt nihil: ſed ad ꝯ̄riū magis: māifeſtū ē ꝙ h̄ ē cā q̄re ſint diuerſe ſpēs ⁊ dr̄e rerūp. diuerſitas. n. rerūp. ē ex diuerſitate finis: vl̄ diuerſo mō ſe hn̄di ad finē. Ex h̄. n. ꝙ diuerſos fines eligūt: vl̄ eūdē alio ⁊ alio mō: ⁊ ꝑ alia ⁊ alia vēant̄ diuerſas vitas faciūt: ⁊ ꝑ ꝯñs diuerſas reſp. Diuerſi. n. modi viuēdi diuerſe reſp. ſunt. Diuerſe igit̄ reſp. ſunt ex diuerſitate finiū: vel ⁊ diuerſo mō ſe hn̄di ad finē. ¶ Deīde cuꝫ dic̄.

¶ Conſiderandū eſt quot ſint illa ſine quibus ciuitas eē nō pōt. Nā quas dicimus eē ciuitatis ptes: eas neceſſariū eſt in iſtis ſubeſſe. Capiendus eſt igit̄ operum numerus.

¶ Declarat ex qbus ſumit̄ nūerus eoꝝ q̄ ſunt neccia ad ciuitatē. Et pͥmittēs itentionē ſuā dicit ꝙ poſt hec ꝯſiderādū eſt nobis q̄ ⁊ quot ſunt q̄ ſunt neccia ad ꝯſiſtētiā ciuitatis. Inter iſta. n. iuenient̄ illa q̄ ꝑ ſe ſunt ptes illius. Et qꝛ vnūqđq̄ꝫ eoꝝ que ſunt nā vel arte determinat̄ aliq̄ ꝓpͥa opatiōe ſic d̄r̄ pͥmo huiꝰ: ſumēde ſunt opōnes eoꝝ q̄ ſūt in ciuitate. Ex diuerſitate. n. iſtarū manifeſta erit multitudo neceſſarioꝝ ad eam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex his enim illud apparebit. Primum igit̄ debēt exiſtere alimēta. Deinde artes. Multis enim inſtrumētis indiget vita. Tertiuꝫ arma. Nam qui ſimul in communione viuunt: neceſſarium eſt ipſis habere arma qbus ⁊ magiſtratibus parere inobediētes cōpellantur: ⁊ quibus vis propulſetur externa. Preterea pecuniarum habēdarum facultas q̄dam quo illas habere poſſint: ⁊ ad proprias indigētias. ⁊ ad bellum. Quintum ac primuꝫ circa rē diuinam cultus qđ vocant ſacrificium. Sextuꝫ qđ eſt oīum ſumme neceſſariū iudicium pro vtilitate: ⁊ iuſtitia contrahētium.

¶ Primo aſſumit opōnes neccias ciuitati. Scdo cū dicit. (Neceſſariū eſt g̃ ⁊c.) cōcludit multitudinē eoꝝ q̄ reqͥrunt̄ ad ꝯſiſtētiā eiꝰ. Circa pͣᵐ pͦ aſſumit opōnes dictas. 2ᵒ cuꝫ dicit. (Hec ſunt igit̄ ⁊c.) probat eas eē neccias. In pͣ pte dicit ꝙ ciuitati cuicūq̄ꝫ ſi debeat eē ciuitas: opꝫ ſupexiſtere opōnē alimēti: ſiquidē debeāt viuere ⁊ nutriri. Deinde aūt opōnes artiū puta fabricationē ⁊ carpentationē ⁊ hꝰ: multis. n. idigent organis exiſtes in ciuitate q̄ ꝓparant̄ ꝑ hꝰ opa. Deinde 3ᵒ opꝫ in ipſis eē arma: cōmunicātibꝰ. n. cōmunicatiōe ciuili ſunt neccia ꝑꝑ duo. Primo qdē ad ſeipſos ad puniēdū īſolētes ⁊ trāſgrediētes leges vel pͥncipatꝰ gr̄a inobediētiū ꝯſtituti mādatū. 2ᵒ ad repellēdū extrinſecos volētes īferre moleſtiā iniuſte. Deinde opꝫ eos hr̄e pecuniarū abūdātiā aliq̄ꝫ ſil'r ꝑꝑ duo. Primo ꝑꝑ opportunitates ad cōmutationes iter ſe faciēdas. 2ᵒ ad expeditiōes belloꝝ ſi emergāt. Deinde āt qnto expedit ineſſe ciuitati ꝙ pͥncipiū eſt iter dicta curā ⁊ cultū diuinū qđ appellat̄ ſacerdotiū. Sexto opꝫ ineſſe rectā deliberatione de ꝯferētibꝰ ⁊ nocuis: ⁊ iudiciū iuſtū de his que veniunt in diſceptatione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec ſunt igit̄ opa qbꝰ indiget ciuitas omnis. Eſt enim ciuitas multitudo non quecunq̄ꝫ: ſꝫ illa que ad vitaꝫ ꝑ ſe ſufficiens ſit: vt diximus. Si vero aliquod horum deficiat: impoſſibile eſt ſimpl'r per ſe eſſe ſufficientē hꝰ ſocietatē.

¶ Probat hꝰ opa eē neccia vna rōne cōi: dicēs ꝙ hꝰ opationes ſunt neccie ciuitati oī: vt ita dicat̄: qđ adiūctū eſt ꝑꝑ aliquas ciuitates q̄ ꝑꝑ diſpōnē regionis nō ſil'r idigēt oibus ꝓdictis: aut nō idigēt ſil'r vt forte abūdantis pecuniarū ꝑꝑ abūdātiā diuitiaꝝ nāliū: ⁊ rō huiꝰ qđ dcm̄ eſt: qm̄ ciuitas cōmunitas q̄dā multitudinis ciuiū eſt nō q̄cunq̄ꝫ: ſꝫ ꝑ ſe ſufficiens ad bn̄ viuere vt eſt dicere. Si vero aliqđ ꝓdictoꝝ operū ꝯtingat deficere in aliq̄ multitudine: vtputa ꝓparatione alimēti vel artificiatoꝝ: aut etiaꝫ armaꝝ: nō erit per ſe ſufficiēs ad bn̄ viuere: vt ex ſe māifeſtum eſt. ergo nō erit ciuitas. Si ergo debeat eē ciuitas: neceſſe eſt oia hꝰ opa ineſſe ipſi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neceſſarium eſt ergo his opibus ciuitatem conſtare. Eſſe igit̄ opꝫ multitudinem agricolarum qui victum conferant: ⁊ artifices ⁊ pugnatores: ⁊ locupletes: ⁊ ſacerdotes: ⁊ iudices neceſſariorum atq̄ꝫ vtilium.

¶ Cōcludit nūerū eoꝝ q̄ ſunt neccia in ciuitate: dicēs ꝙ ſi hꝰ opatiōes ſunt neccie ⁊ ipſi nō pn̄t eē ſine qbuſdā aliꝭ puta ꝓparatio alimēti ſine agricolis. opatio artiū ſine artificibꝰ. opatio armoꝝ ſine pugnātibꝰ. diuitie ſine opulētis. nec cultꝰ diuinus ſine ſacerdote: nec iudiciū ſine iudice: manifeſtuꝫ eſt ꝙ ad ꝯſiſtētiā ciuitatis neceſſarij ſunt agricole: artifices bellici: diuites: ſacerdotes: ⁊ iudices.

HIs determinatis reliquum eſt ꝯſiderare: vtꝝ omnes cōmunicare debēt. Hoꝝ oīuꝫ fieri nō pōt vt idē ipſi ſint ⁊ agricole: ⁊ artifices: ⁊ ꝯſultores: ⁊ iudicātes: vl' in vnoquoq̄ꝫ ope ſupradictoꝝ alios ponēdū eſt: vel q̄dā eē ꝓpͥa: q̄dā vero cōmunia neceſſariū eſt. Lec. VII.

¶ Poſtq̄ꝫ phs oñdit q̄ ſunt neccia ad ꝯſiſtentiā ciuitatis: declarat q̄ iſtoꝝ ſunt ptes ipſius ⁊ q̄ nō ⁊ gr̄a hꝰ inqͥrit q̄ iſtoꝝ ꝯtingit attribuere vni: ⁊ q̄ nō: ⁊ quō. Et circa hoc pͥ facit qđ dcm̄ eſt. 2ᵒ cū dicit. (De diſtributiōe ⁊c.) Quia dixerat agricolas nō debere eē ptes ciuitatis optime. determinat de diuiſione regionis: ⁊ quos opꝫ eē agricolas. Circa pͣᵐ pͥmo facit qđ dcm̄ eſt. 2ᵒ cū dicit. (Qđ qdē ⁊c.) recapitulat. Circa pͣᵐ adhuc facit qđ dcm̄ eſt. 2ᵒ cū dicit. (Videt̄ aūt ⁊c.) Declarat illud nō eē nouū: ſed ab antiqs inuētū ꝓus. Circa pͣᵐ dans itētionē ſuā ponit dubitationē: vtrū oia ꝓdicta vel q̄dā poſſent eidem ꝯuenire. 2ᵒ

